

LAGIT
ma re
cia upi
polib
vocali


8/3



11
Angeh. 10
100
100

U. o. 122





Is. Aug. 00
CKE

TRACTATUS
DE OFFICIO
ADVOCATI, DVORVM
CLARISSIMORVM
IVRISCONSULTORVM,

IO. BAPTISTAE CACCIALUPI, ET
LANCELLOTI POLITI.

Diligenter recogniti, & pluribus locis restituti.

Adiecta sunt Summaria, vnà cum Indice.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote.
ANNO M. D. LXXXIX.
Cum priuilegio Cæs. Maieft. ad sexennium.

1789

TRACTATUS
DE OFFICIO
ADVOCATI DVORVM
CLASSTICORVM
IN PARTIBVS ECCLIAE ET
LITTEAE
Dignitas et officium
advocati in dvobus

COLONIENSIS
LITTEAE
ADVOCATI
DIGNITAS ET OFFICIUM



TRACTATUS
D. IOANNIS BAPTIS.
TAE CACCIALUPI, DE
OFFICIO ADVOCATI.

SUMMARI A.

1. Aduocationis officium de iure diuino licitum est.
2. Officium quod sui natura peccatum non implicat, licitum est.
3. Aduocationis officium ex sui natura ad peccatum non implicat, si iuste exerceatur.
4. Christus fuit aduocatus Marie Magdalene.
5. Christus fuit aduocatus discipulorum suorum.
6. Aduocationis officium generaliter omnibus est licitum, & quibusdam specialiter interdictum.
7. Aduocatus vendit iustum patrocinium, & iurisconsultus iustum consilium.
8. Aduocatus & doctor pro patrocinio, & consilio dato sine labore, iuste salarium accipit.
9. Aduocationis officium est laudabile, & vite necessarium.

P R A E F A T I O.



Q VONIAM tempus agimus quadragesimæ, quæ ideò fuit introducta, vt anni decimas Deo daremus, vt dicit text. notabilis, de cōsecra. dist. 5. quadragesima, & multa superio- bus diebus vidimus de materia aduocato- rum respicientia temporalitatem, & quæstiones fori iudicialis, de quibus in tit. ff. de postulan. & C. eodem, & in tit. de aduoc. diuersi iud. & plenè per Spec. in tit. de aduocato, & per summistas, quos refert Io. And. in addi. ibid. Congruum iudicauì, vt aliquas quæstiones, aut à Dd. in prædictis locis non tactas, aut imperfectè forū poli respicientes, & conscientia consolâtes, dieb:
festis

4 TRACT. DE OFFIC. ADVOCATI

festis quadragesimalibus examinemus de huiusmodi gloriosis militibus, qui aduocati, seu honorati dicuntur, qui ambigua fata causarum dirimunt, suisque defensionibus in rebus sæpè publicis, atque priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant, nec minus profunt humano generi, quàm si prælijs atque vulneribus patriam parentesque seruarent, & qui gloriosæ vocis confisimimine, laborantium spem, vitam, & posteros defendunt, vt dicit text. in l. aduocati, C. de aduoc. diuersorum iudicior.

Prima Quæstio.

1 **P**rima igitur quæstio est, † utrùm munus seu officium aduocationis possit salua conscientia exerceri, & licitum sit iure diuino. Et intrepidè dicendum est, quod sic. Primò ex his quæ colliguntur Ioan. 21. super illis verbis, vado piscari, vbi dicitur per sacros Doct. quod omne officium quod sui † natura peccatum non implicat, potest licitè salua cōscientia exerceri, sed istud est huiusmodi, vt infra patebit, & c. & ad propositum nostrum quærit ibi beatus Gregorius super illis verbis, vado piscari: cur Petrus, qui ante cōuersionem piscator erat, post conuersionem redeat ad piscandum; cum veritas dicat, nemo respiciens retro aptus est regno Dei. Respondet idem Gregor. quod si virtus discretionis respiciatur, negotium, quod ante conuersionem sine peccato poterat exerceri, etiã post conuersionem repetere culpa nõ fuit; nam Petrum piscatorem, Matthæum telonarium, siue publicanum scimus fuisse, & tamen post conuersionem Petrus ad piscationem redijt; Matthæus verò ad telonij, seu pedagij officium non redijt, quia aliud est victum per piscationem quærere, & aliud est telonij lucra augere. ad illa enim officia, vel negotia, quæ peccatum implicat, necesse est, vt animus non recurrat, hæc dicit Gregor. vbi suprà. Nemo † autem inficiabitur, quod officium aduocationis sui natura ad peccatum non implicat: 3 sed si quid inde mali est, hoc ex circumstantijs malè exer-

IOAN. BAPTIST. CACCIALUPI.

exercētis procedit: ergò planè dicere possumus, quod si aduocationis exercitium debitè exerceatur, iustè, laudabiliter, & cum optima cōscientia exercere posse, fatendum est. hæc conclusio multipliciter probatur, & primò exemplo Christi, cuius omnis actio nostra debet esse instructio, vt 2. q. 1. c. Deus omnipotens, cum simil. Nam † Christus aduocationis officium in hoc mundo exercuit: Fuit enim aduocatus Marię Magdalenę in tribus causis: primùm contra Martham sororem suam, vt in Euangelio Lucę pro ea excusanda, dixit: Martha sollicita es, &c. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea, super quibus verbis Augustinus dicit, Dominus pro Maria respondit Marthę, & factus est eius aduocatus, qui iudex fuit interpellatus. Idem Christus videns quod discipuli eius contra Mariam Magdalenam murmurabant, eò quod vnguento vnixerat caput, & pedes Christi, allegabat pro ea dicēs, quid molesti estis huic mulieri, bonum opus operata est in me, nam pauperes semper habebitis vobiscum, me autem autem non semper habebitis. Ex quibus verbis sacri Theologi ibi colligunt, Christum aduocatum fuisse Magdalenę. Item & tertio, contra Phariseum, qui ipsam inspiciebat, tanquã indigna esset tangere Christũ, nã pro ea allegauit, dicēs: cui multũ remittitur, multum diligit. Patet etiam, quod cùm Iudæi accusassent mulierem in adulterio deprehensam, dicentes eam lapidari debere secundũ legẽ: Christus pro ea allegando obiecit, accusatores non esse idoneos; quia infames erant, & peccatores: & subdit, qui sine peccato vestrus lapis in eam iaciat, vt habetur 3. q. 7. c. qui sine peccato. † Idem Christus multoties aduocatus discipulorum suorum extitit, vt patet Matthæi 12. c. vbi dicitur, quod discipuli euellebãt spicas, & comedebant, & cum arguerentur à Phariseis, excusauit eos, dicens, hoc eis licere in extrema necessitate, hinc sumptum est quod habetur in c. si quis propter necessitatem. de furt. & quòd vulgò dici solet, tempore necessitatis omnia esse communia, scilicet ceterum respiciens.

ille, qui parùm laborauit, & quem oportet laborare, vt habeat quid respondeat. ista sunt verba sua, quæ tene menti. Concluditur, officium igitur aduocati esse licitum, & salua conscientia posse exerceri, etiam pro eo recepto pretio, vel mercede, vt infrà dicam: † & vt manifestus pateat, est officium laudabile, vitæque hominum necessarium maximè, vt l. laudabile, C. de aduocat. diuers. iudicum. 8

SUMMARI A.

- 1 *Officium iustæ aduocationis apud Deum meritorium est.*
- 2 *Aduocatorū bonorum vita est melior, quā religiosorum.*
- 3 *Operum misericordiæ quot sint genera.*
- 4 *Iniuriam non remittens, non meretur de peccatis futuris veniam, & de præteritis ad vindictam replicabuntur.*

Secunda quæstio.

SECUNDÒ queritur, vtrùm † officium iustæ aduocationis sit meritorium apud Deum. Et indubitater dicendum est per prædicta, quod sic, & ideò dicit illust. Doctor, & lumen iuris in proœm. suæ summæ super decre. in 4. col. † quod vita bonorum aduocatorum est melior, quàm fratrum prædicatorum, vel aliorum religiosorum, quod etiã exclamat egre. commen. Albe. Pergam. in l. i. C. de supra. & patere dicunt ratione. † Operum misericordiæ duo sunt genera: quædam sunt opera misericordiæ temporales, quæ sunt septè, videlicet visitare infirmos, potare sitientes, pascere esurientes, redimere captiuos, colligere hospites, vesti re nudos, vnde versus: visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, codo. sunt & aliæ 7. spirituales operæ, scilicet cõsulere dubitanti, corrigere peccantè, consolari tristem, remittere offensam, ferre onerosos, & graues, orare pro omnibus, vnde versus: cõsule, castiga, solare, remitte, fer, ora. & istæ operæ spirituales absq; dubio censentur potiores, & fructuosiores, quā aliæ temporales, secundùm Theo. & Doct. cū igitur operas misericordiæ temporales plurimùm mereamur, vt habetur Matth.

§ TRACT. DE OFFIC. ADVOCATI

Matth. 24. ibi. venite benedicti patris mei, & percipite regnum patris mei, quod paratum est vobis ab origine mundi. esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. Consequens est, quod plus mereamur per operas predictas spirituales, inter quas est impendere consilium dubitanti, consolari tristes, & miserabiles personas, quæ adiutorio carent, & redimere, & adiuuare captiuos, qui contra iustitiam detinentur: & hoc faciunt aduocati boni, iuste & debite aduocationis officium exercentes, iustitiæ satellites, & laudabiles ministri. Isti sunt illi gloriosi milites, de quibus in superioribus dixi. Vnum omittere nolo, cum verbum fecerim de operibus spiritualibus, inter quæ est remittere offensas, † quod nolens remittere suas iniurias nõ solum de futuris peccatis veniam non meretur, sed etiam præterita, quæ sibi dimissa credebat, ad vindictam ei replicabuntur, vt habetur de pœniten. dist. 1. in c. dimitte. quæ verba veluti tremēda semper ante oculos habeas. stat igitur conclusio, officium aduocationis iuste præstitum, esse laudabile, & meritorium.

S V M M A R I A.

- 1 Aduocatus vtrum teneatur, gratis pauperibus patrocinium præstare, & infra num. 6. 8. & 12.
- 2 Aduocato pauperis de publico salarium præstandum.
- 3 Pauperi cum potente litiganti iudex de aduocato providere debet.
- 4 Opprimi quis non debet ob potentiam aduersarij.
- 5 Aduocatus debet sub pœna priuationis aduocationis parere iudici iubenti, quod sit aduocatus pauperis.
- 7 Homo coniunctis opera misericordie ministrare debet.
- 9 Aduocatus, & medicus salariatus de publico non recipit aliquid à litigante vel ægrotante.
- 20 Aduocatus requisitus vt patrocinetur pro miserabili, si aliter non habet modum, peccat, si gratis non patrocinetur.
- 22 Delicto non obuians an teneatur.

Tertia

Tertia Quæstio.

Tertio cū suprā viderimus, quòd munus & officium aduocati est munus laudabile, & honestū, & valdè meritorium ad salutem animæ: licetq; pro illo recipere, & exigere salarium, vt suprā est dictum, & habetur, C. de suffragi. l. i. & ff. de va. & extraor. cog. l. i. §. in honorarijs. & in c. i. de offic. iudi. & c. fi. de postul. † Quæritur nunc, vtrū aduocatus teneatur pauperibus præstare patrocinium gratis, vel sine salario sibi à paupere præstado. Et certè videtur, quòd sic, nam pauperi litiganti aduocatum non habenti, est per iudicem dandus aduocatus, cui aduocato pauperum, est & de publico constituendum salarium, secundū Cy. in l. prouidendum. C. de postul. vbi allegat ad hoc, l. lege Cornelia. ff. de S. C. Syllan. & ita dicit tenere Dd. pro quo tibi gl. ordi. † dicentem, quòd ita est, quòd ex publico salarium præstandum est aduocato pauperis, & quòd ita seruatur, in l. i. §. ait prætor. ff. de postul. super verbo, non habebunt, quæ incipit, id est, habere non poterunt. benè facit etiam text. in l. i. C. de seruis qui pro præ. lib. acce. & quod no. gloss. elegans in l. si locus. §. fin. ff. quemad. ser. amit. † Secundò reperi quosdam dicentes, quòd pauperi litiganti cum potente debet prouidere iudex de aduocato. etiam expensis potentis, cum quo litigat, vt veritas eruatur, alleg. Cyn. & Bald. in l. magis puto. §. in primis. ff. de reb. eo. Sed neque Cyn. neque Bald. dicunt hoc: sed dicunt, quòd in Francia est laudabilis consuetudo, vt litiganti cum rege Franciæ dominus rex prouideat de aduocato expensis regis, sed pro opinione prædictorum optimè facit text. in l. nec quicquam. §. aduocatos. ff. de offic. proconf. vbi text. ad literam sic dicit: Aduocatos petentibus debebit indulgere, plurimumque foemini, pupillis, vel alijs debilibus, vel his qui suæ mentis non sunt, si quis eis petat, vel si nemo sit qui petat eis, vltro dare debebit: sed si quis per potentiam aduersarij non inuenire se aduocatum dicat, æquè oportebit

10 TRACT. DE OFFIC. ADVOCATI

- 4 ei aduocatum dari. † Cæterùm opprimi aliquem per aduersarij sui potentiam non oportet &c. bene etiam facit tex. in l. illicitas. §. & ne tenuis. ff. de offi. Præsid. & d. l. i. §. ait prætor. ff. de postul. iuncto tex. sing. in c. sicut. 47. dist. vnde colligit gl. diuitem posse conueniri à pau-
 5 pere tempore necessitatis, vt sibi de victu prouideat. † Tertio Hosti. in d. c. i. de offic. iudic. dicit, quòd aduocatus iudici iubenti quòd sit aduocatus pauperis, & impotentis, & qui nequit ei de salario prouidere, debet parere etiam sine salario, quia ad hoc tenetur lege naturali, & diuina, debet enim quis diligere proximū suum, sicut seipsum, vt 23. q. 4. c. debet. & c. proximos. de poeni. distin. 3. & habetur Matth. 22. ca. & quanquam aduocatus sine sumptu non studuerit: tamen sumptus, & scientia administratur à Deo, quia omne datum optimum à Deo est, vt i. q. i. c. gratia. & in auth. quomodo oportet epif. in prin. hoc sequitur Ant. de Buttr. Abb. & reliqui in d. c. i. de offi. iud. vbi subdunt, quòd aduocato nolenti dicto casu gratis patrocinari pro paupere, potest iudex interdicare aduocationis officium, vt d. l. prouidendum. & l. moris. ff. de poen. cum simil. Beatus Grego. cuius hodiè festum colimus, in quadam homilia super Mattheum, c. 25. dicit hæc verba: habens intellectū curet omninò ne taceat, habens rerum affluentiam, ad misericordiam nō torpescat, habens locū pro pauperibus, intercedat apud diuitem. Talenti enim nomine cuiuslibet imputatur, & talētum sibi à Deo datum abscondere non debet aduocatus, nec est maior necessitas indigentis aduocatione. Augusti. etiam in libello de fide ad Petronellam, valdè hortatur quēlibet Christianum ad opera misericordiæ, inter quæ est consulere, & patrocinari pro indigentibus, nam de istis operibus misericordiæ in die iudicij reddituri sumus rationem exquisitissimam: & ibi latè videndum de his. † In
 6 contrarium facit: quia habens potentiam cibandi non semper tenetur cibare, ergo nec aduocatus semper præstare patrocinium pauperibus. probatur hoc auctoritate August. libr. i. de doctrina Christiana, vbi de
 operi

non litigantibus aliquid consiliū petentibus, licitè recipiunt salariū, vt dicit Innoc. quem sequuntur Doct. in d. c. fin. de postu. probatur in l. pen. C. de profess. & medicis. † Secundò aduocatus requisitus, vt patrocinetur pro miserabili, tenui, vel paupere persona in necessitate constituta, debet in primis, si salariū vult implorare, vt ex publico sibi constituatur, vt in primo loco dicebam: quòd si non fiat, & in promptu non appareat dicto pauperi posse aliter subueniri de aduocato, aduocatus non desinat gratis patrocinari, aliàs peccaret. nam qui non repellit à socio iniuriam, si potest, tam est in vitio, quàm ille qui facit iniuriam, secundū Ambros. lib. 1. de offic. & 23. q. 4. c. non inferenti. & c. ostendit præceenti, & sequen. Dicit etiam Salomon ecclesiastici 4. cap. eripe eum qui ducitur ad mortem. † bene facit quòd habetur in c. quanto. de sent. excom. vbi dicit Ant. de But. quòd quoad poenam poenitentialem peccat semper, qui potest obuiare, ne aliquod malum fiat, & non obuiat, licet quoad poenam temporalem, & quoad forum fori sit secus, vt quis non teneatur, & ita dicit se intelligere glo. ordi. in l. culpa caret. ff. de re iud. dum dicit, aliud secundū Cano. Sed aliquis fortè instabit, vt instabat Gandulfus, dicens, nulli aduocato, vel iurisperito licere vendere cōsiliū vel patrocinium, arg. c. 1. 9. q. 4. nam si causa est iniusta, non debet eam assumere protegendam, immò susceptam debet deserere, l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudi. si est iusta, debet gratis cōsulere, vel patrocinari. quia veritas cum non defensatur, opprimitur. 82. distinct. error. non ob. capit. sanè. quibus se mouent dicentes contrarium, vt dictum fuit suprā quæst. 1. & 2. qui loquuntur secundū leges: ita dicebat Gandulfus.

† His tamen non obstan. idem dico quòd conclusum fuit suprā q. 1. & 2. nam esset nimis aridum, & rigorosum dictum, & talem rigorem Gandulfi reprobatur etiā Spec. in tit. de salarijs, §. sequitur. argum. text. 15. q. 3. §. hoc autem. & 12. q. 2. c. charitatem. & c. ecclesiasticis. nam nemo de suo cogitur facere beneficium, 10. q. 1. c.

preca-

precarię. nec quisquam cogitur suis stipendijs militare, vt in c. cum ex officij. de præscrip. cū si. & hoc communiter tenetur. nec est imputandus aduocatus, qui honestè sollicitat cliētulum, vt sibi det salarium: quia multi cliētuli dicūt, soluemus cras, & illud cras nunquā comparet. Vnde quidam facetus dixit: mille futura dedit, qui dat de mille futuris &c. vt refert Rofr. in libellis sub rubric. de consti. l. si quis desideria. C. de suffra.

SUMMARI A.

- 1 Aduocatus causam iniustam suscipiens tenetur.
Aduocatus an iurare teneatur in causa.
- 2 Doctōri consuetudinem alleganti creditur.
Consuetudo relata per Doctorem, vel glo. non est necesse quod probetur.
- 3 Creditur dicto alicuius excellentis Doctōris.
Libris nummularij ex publico deputati creditur.
- 4 Doctōris interpretatio est probabilis.
- 5 Aduocatus tenetur, quando inducit partem ad transactionem, quando scit iniustam fouere causam.
- 6 Aduocatus tenetur, quando cliens fouet iustam causam, & illam ob suam negligentiam, vel infidelitatē perdit.
- 7 Aduocatus ad restitutionem tenetur, quando ob cauillationes causam iniustam obtinet.
- 8 Aduocatus tenetur ad restitutionem, quando immoderatum salarium accipit.
- 9 Aduocatus incidit in odium illius, contra quem patrocinatur.
- 10 Aduocatus tenetur, si vincit causam cum falsis testibus, instrumentis, & allegationibus.
- 11 Aduocatus incidit in vitium inanis gloria, & peccat vincendo causam iniustam dolo, & suggestionibus.
- 12 Aduocatus nullus restituit iniuste ablatam.
- 13 Aduocatus bonus dicit clientulo, si sic respondebis perdes causam, si aliter perdes animam.

74 *Doctor consulens, vel iudicans prece, vel pretio, odio, vel amore tenetur.*

Quarta Quæstio.

Quartò, cum supra q. 2. dictum sit, valde meritorium esse Aduocati officium, & experientie rectè pateat, quòd multa aduocatum circumdèt pericula, à quibus debet omni prouidentia cū diligentia fetutū reddere, vtile est aliqua ex multis periculis antedictis, quibus aliter irretiuntur, recensere. Primum periculum est, non subuenire miserabilibus personis, pauperibus & egenis, in casibus, in quibus tenemur, de quibus in præcedenti q. dictum est. † Secundum est, cum causa iniusta, & desperata suscipitur per eos, præsertim si iurauerunt, vt de iure iurare debent, vt est casus in l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudic. dixit tamē ibi gl. quòd istud, scilicet quòd aduocatus deberet in quacunq; causa iurare, vt d. §. patroni. iure cauet, sed cōsuetudine nō obseruatur, & c. & ita refert respondisse Bulgarum D. Begoni iudici Imperatoris Bono. cū ab eo peteretur iuramentum. de hoc vide per Specu. in tit. de aduocato. §. i. versi. item excipio, quòd non iurauit, & eod. tit. §. fin. versi. item caueat. vbi dicitur, quòd alicubi istud iuramētum præstatur, dicit enim D. Paul. de Castr. in d. l. rem nō nouam. quod vidit in aliquibus ciuitatibus practicari, quòd aduocati compellūtur iurare de calumnia publicatis attestationibus ad finem, vt si ille diffidit, aut malè sentit de iustitia causæ, deferat illam: dicit enim Cy. in l. 2. C. de iuram. calum. quòd etiam aduocati allegantes in causa debent iurare de calum. quia etiam in legibus allegādis possunt vti malitia, & calumnia, si legem non facientem ad propositum scienter allegant, vt iudicem inducere possint ad votum suum. igitur periculū hoc sæpè contingit, quando patrocinetur coram iudice imperito, vt in simili refert Matthesil. in suis notabilib. not. 96. quòd autem tale iuramentum de consuetudine ab Aduocatis non præste-

præstetur, credendum est Doct. ita dicentibus, absque
 alia probatione consuetudinis: † nam etiam vni Do-
 ctori dicenti aliquid seruari, vel non seruari de con-
 suetudine creditur, donec aliud non probetur. Audi-
 ui aliàs allegari Bald. hoc dicentem in l. 4. C. de secun-
 nupt. post Odo. in aliquibus locis, quos recolendę me-
 moriæ Doct. D. meus D. Angel. de Periglis de Perus. re-
 ferebat in l. naturalem autem. ff. de acquiren. rer. dom.
 Sed ego do tibi Barto. in indiuiduo istud determinan-
 tem in repet. l. de quibus. ff. de legib. colum. 13. in 3. q.
 princ. quę repet. cum à paucis habeatur, inferam moti-
 ua Bar. dicentis, quòd consuetudo relata per glo. vel a-
 liquem Doct. non est necesse quòd aliter probetur, sed
 probat, nisi probetur cõtrarium. † & primò mouetur,
 quia auctoritati alicuius poëtæ, vel excellētis Doct. cre-
 ditur in arte sua, l. septimo mēse. ff. de sta. ho. l. antiqui,
 ff. si pars hære. pet. l. si pater. ff. de solu. ergo & auctori-
 tati Doct. Secundò: quia creditur libris nummularij ex
 publico deputati. l. quædam. §. nūmularios. ff. de eden.
 ergo et Doct. quia ei cum tanta examinatione officium
 Doct. ex publica auctoritate decernitur. † Tertiò: quia
 Docto. interpretatio est probabilis, & in scriptis redi-
 genda, vt dicit tex. in l. 1. C. de profess. qui in vrbe con-
 stan. libr. 12. & iuxta not. in l. 1. C. de legib. & not. in l. si
 de interpretatione, ff. eo. tit. Ideo autem adiicitur, non
 necessaria, quia ei non statur, si probatur contrarium.
 Non ob. l. iurisiurandi. C. de testi. quia loquitur in sim-
 plici teste, hic in Doctore, cui hoc incumbit ratione
 officij, sicut dicimus in tabellione, l. si quis decurio. C.
 de fal. ista sunt verba Bart. quæ singulariter tene menti
 à nemine relata. † Tertium periculum, quo sæpè im-
 plicatur aduocatus, est, quando inducit partem suam
 ad transactionem, quando scit iniustam fouere cau-
 sam. consulit enim tunc vt alienum accipiat: & ad re-
 stitutionem tenetur, quia causam damni dat, vt l. inde
 Neratius. ff. ad l. Aquil. & l. cum plures. §. locati. ff. loc.
 cum sim. vulg. † Quartum periculum, quando cli-
 entulus iustam causam fouet, & illam perdit negli-
 gentia,

3

4

5

6

- gentia, vel imperitia, seu infidelitate aduocati: nam tenetur, vt per Host. in summa, de aduocato. §. fin. ver. tenetur. & in Spec. eo. tit. §. fi. versi. quid si per imprudentiam. & per aliquos Doct. in l. i. §. initium. ff. de postul. benè facit l. illicitas. §. sicuti. ff. de offi. præsid. & 96. distinct. c. religiosum. † Quintum periculum est, propter cauillationes, & subtilitates aduocati obtinentis causam iniustam: tenetur enim ad restitutionem, siue à principio, siue ab ingressu nouit clientulum fouere iniustam causam, vt per Alb. in d. l. i. C. de suffra. † Sextum periculum, quando accipit salarium immoderatum, quod centum aureos regulariter excedere nõ potest, vt l. i. §. in honorarijs. ff. de var. & extraordin. cog. circa quod vide omninò Bald. in l. i. in fin. C. mandati.
- 7 stinct. c. religiosum. † Quintum periculum est, propter cauillationes, & subtilitates aduocati obtinentis causam iniustam: tenetur enim ad restitutionem, siue à principio, siue ab ingressu nouit clientulum fouere iniustam causam, vt per Alb. in d. l. i. C. de suffra. † Sextum periculum, quando accipit salarium immoderatum, quod centum aureos regulariter excedere nõ potest, vt l. i. §. in honorarijs. ff. de var. & extraordin. cog. circa quod vide omninò Bald. in l. i. in fin. C. mandati.
- 8 iniustam causam, vt per Alb. in d. l. i. C. de suffra. † Sextum periculum, quando accipit salarium immoderatum, quod centum aureos regulariter excedere nõ potest, vt l. i. §. in honorarijs. ff. de var. & extraordin. cog. circa quod vide omninò Bald. in l. i. in fin. C. mandati.
- 9 † Septimum periculum est, quia meritò incidit in odium illius, contra quem patrociniatur iniuste, & agit contra præceptum illud, dilige proximum tuum & c. non enim fieri potest, quin lædatur, qui vincitur, qui intercessoris beneficio se victum arbitratur, 13. q. 5. c. denique. † Octauum periculum est, circa modum procedendi in causa, puta, quando illam facit per falsos testes, falsa instrumenta, vel mendaces allegationes, vel frustratorias dilationes, vt per Specul. in tit. de aduocato. §. vtriusque. verb. item caueat. & vide Bart. in l. fin. ff. de fals. † Nonum est periculum, inanis gloriæ, & ambitio, multi enim aduocati honoris, & gloriæ fumo inebriati, per mendacia, suggestiones, dólös, & calumnias conantur obtinere, & iudicem circumuenire in causis etiam iniustis, sed venialibus: quia non est eis honor, sed vituperium, & graue peccatum, per Albe. in d. l. i. C. de suffr. † Decimum periculum grande, & detestabile, secundum præfatum Alber. ibidem, quia vix inuenitur aliquis aduocatus, qui restituat iniuste quæsitam per aduocationem. audi Augusti. epistola 36. secundum ordinem quorundam librorum, ita beatissime dicentem: quia aduocatus difficile reperitur qui dicat suo clientulo, recipe quod mihi, cum malè ad defem, dedisti: redde aduersario tuo, quod me agente inique
- 10 denique. † Octauum periculum est, circa modum procedendi in causa, puta, quando illam facit per falsos testes, falsa instrumenta, vel mendaces allegationes, vel frustratorias dilationes, vt per Specul. in tit. de aduocato. §. vtriusque. verb. item caueat. & vide Bart. in l. fin. ff. de fals. † Nonum est periculum, inanis gloriæ, & ambitio, multi enim aduocati honoris, & gloriæ fumo inebriati, per mendacia, suggestiones, dólös, & calumnias conantur obtinere, & iudicem circumuenire in causis etiam iniustis, sed venialibus: quia non est eis honor, sed vituperium, & graue peccatum, per Albe. in d. l. i. C. de suffr. † Decimum periculum grande, & detestabile, secundum præfatum Alber. ibidem, quia vix inuenitur aliquis aduocatus, qui restituat iniuste quæsitam per aduocationem. audi Augusti. epistola 36. secundum ordinem quorundam librorum, ita beatissime dicentem: quia aduocatus difficile reperitur qui dicat suo clientulo, recipe quod mihi, cum malè ad defem, dedisti: redde aduersario tuo, quod me agente inique
- 11 fin. ff. de fals. † Nonum est periculum, inanis gloriæ, & ambitio, multi enim aduocati honoris, & gloriæ fumo inebriati, per mendacia, suggestiones, dólös, & calumnias conantur obtinere, & iudicem circumuenire in causis etiam iniustis, sed venialibus: quia non est eis honor, sed vituperium, & graue peccatum, per Albe. in d. l. i. C. de suffr. † Decimum periculum grande, & detestabile, secundum præfatum Alber. ibidem, quia vix inuenitur aliquis aduocatus, qui restituat iniuste quæsitam per aduocationem. audi Augusti. epistola 36. secundum ordinem quorundam librorum, ita beatissime dicentem: quia aduocatus difficile reperitur qui dicat suo clientulo, recipe quod mihi, cum malè ad defem, dedisti: redde aduersario tuo, quod me agente inique
- 12 in d. l. i. C. de suffr. † Decimum periculum grande, & detestabile, secundum præfatum Alber. ibidem, quia vix inuenitur aliquis aduocatus, qui restituat iniuste quæsitam per aduocationem. audi Augusti. epistola 36. secundum ordinem quorundam librorum, ita beatissime dicentem: quia aduocatus difficile reperitur qui dicat suo clientulo, recipe quod mihi, cum malè ad defem, dedisti: redde aduersario tuo, quod me agente inique

iniquè abstulisti, & reliqua: nisi fortè dicat aliquis, restituendum est alienum, quod furtim, & clanculum aufertur, & restituendum non est quod decepto iudice & circumuentis legibus obtinetur: vt ibi per eum latius: heu, heu, quod irretitos credo: vtinam errem.

† Undecimum periculum est, quia aliquando se precipitant aduocati suadentes clientulo qualiter respondeant articulis, positionibus, seu interrogationibus partis aduersæ, contra veritatem, vt obtineatur, væ eis. Bonus, & prudens aduocatus debet dicere clientulo suo, si sic respondebis, perdes causam, si aliter, & contra veritatem, perdes animam, vt per Ioan. in c. presentium. de testib. lib. 6. & in c. cum in positionibus. de iur. iuran. eodem libro. † Duodecimum periculum, & detestabile, est in aduocatis, secundum præfatum D. Albe. in d. l. i. C. de suffragi. quia interdum causæ eis committuntur, in quibus non sunt aduocati, & deuiant à iustitia contra ipsam scienter consulendo, vel pronunciando timore, amore, vel precibus, vel pretio, quod est cæteris horribilibus, vt latè prosequitur idem Doct. in proœmio. C. suadet igitur præfatus celeberrimus compilator Alberi. & optimæ conscientie Doct. aduocato cuiuslibet, vt quantum patitur humana fragilitas, eorum officium iustè, & meritoriè studeat exercere, & inter alia Reipublicæ fideliter consulere, & intendere communi bono: status enim & regimina ciuitatis, sicut experientia docet, maximè pendunt ab eis. & subdit, sequantur vestigia beati Sebastiani, de quo legitur, quod ob hoc ipsum sub chlamide terreni Imperij Christi militiam agebat absconditam, vt Christianorum animas, quas inter tormenta videbat deficere, confirmaret, vt Deo redderent animas, quas inter tormenta diabolus conabatur deuorare. Inde illud, omnibus qui Rempublicam auxerint, &c. de quo habetur in somnio Scipionis per Ciceronem.

- 1 Doctori, aduocato, & scholari, an liceat in diebus feriatis studere, & per totam questionem.
- 2 Facere aliquando non licet id, cuius finis licitus est.
- 3 Studendo quis dicitur laborare in vinea domini.
- 4 Ama scientiam, & carnis vitia non amabis.
- 5 Peccatum non committi inter contrahetes, difficile est.
- 6 Doctores legentes in diebus feriatis ob lucrum, an peccent.
- 7 Conductio facta de Doctore ad legendum in diebus festis, non valet.
- 8 Quae scientiae in diebus festis legi debeant, & quando liceat studere.
- 9 Lucrum factum in die feriata, an salua conscientia retineri possit.
- 20 Aduocatus an soluere debeat decimam de lucro suo.

Quinta Quaestio.

1 **Q**uintò, quia aduocati aliquando pro exercitio aduocationis student, vel consulunt, vel allegationes faciunt, aut componunt diebus feriatis in honorem Dei, & praesertim die dominico, expedit pro consolatione conscientiae videre, vtrum liceat. pro cuius quaestioni generaliori notitia videamus, vtrum dictis diebus liceat scholari, Doctori, aduocato studere, glo. in l. diuus. ff. de fer. dicit, qd scholares possunt legere, & studere diebus feriatis, arg. d. l. diuus. iuncta l. aduocati. C. de aduoc. diuer. iud. Odo. ibidem dicit, quod scholares debent studere diebus feriatis, vt dictis iuribus. Adducit illud vulgare (chi ogni festa, festa, mal fa lo Codice, e peggio le digesta, hoc est, qd omnia seruât festa, malè scient Codicem, & peius Digesta. vt interpretatur Iason in l. pen. nu. 2. ff. de ferijs.) Guil. de Cun. in d. l. diuus. dicit hæc verba, nunquid scholares studere debeant die dominico, dico quod sic: pro hoc facit

facit ratio, quia quādo incipiunt studere, & addiscere, de facili poterāt tradere obliuioni illud quod didicerunt, quia memoria hominis fragilis est, vt l. corrupti- onem. C. de vsuf. & l. peregrè. §. i. ff. de acq. poss. & ideo ne adueniēte occasione perdāt illud, quod didicerint, eis permittitur, arg. l. omnes. C. de ferijs. ista sunt verba formalia Guil. Angel. in d. l. diuus. refert & sequitur Guil. nec aliud dicit. Petr. de Vbal. de Peru. in c. i. de ferijs. dicit, licet diebus dominicis studere sine solenni- tate, id est, sine pompa, arg. gl. in d. l. diuus. Ant. de But. Doctor venerabilis, & magnæ conscientia, in d. c. i. de ferijs, dicit hæc verba, puto die dominico non licere studere propter lucrum particulare consilij, nisi neces- sitas aliud suadeat, vt pro expediēdo illum qui de lon- gino venit, nec etiā liceat salariatō legere, vel stu- dere, quia die ad seruitium altissimi deputato serui- tium carnis mundanæ non agant, nisi studium esset in materia spiritali, in qua Deo seruit, aliās non puto li- citum: licet ego, & scholares, vt plurimum in hoc pec- cauerimus. Non obst. quod studendo dicatur quis ex- ercere opus pium: quia studium, si dirigitur in bo- num finem, tunc dicitur pium opus, puta vt quis fiat bonus, vel iustitiam ministret: sed vt plurimum agi- tur hoc in mente, scilicet studere ad finem diuitia- rum, & honoris: & sic, licet sit in se opus licitum, finis tamen non est bonus. † Item datō quod finis sit lici- tus, & bonus, non tamen sequitur, quod liceat tali tempore studere, vt patet in litigio, cuius finis est ad- ministrare iustitiam, & tamen interdicitur hoc tem- pore. Nec obst. d. l. diuus. quia licet de iure ciuili sit licitum hoc tempore militare, illud tamen operatur necessitas: Item de iure Canonico non licet tali tem- pore actu militare, seu pugnare, vt in c. i. de treug. & pace. item studere in materijs posituiis abstrahit hominem à contemplatione Dei, & ab ac ipsius cultu, & reuerentia, in qua his diebus insistendum est. Item negari non potest, quia istud habeat in se saltem annexum finem acquirendi ad sustentationem vitæ

20 TRACT. DE OFFIC. ADVOCATI

suæ, & suorum: & sic non omninò contemplatiuus est: ergo non licet, quia ad finem contemplationis fit hæc prohibitio, de qua in d.c. 1. & l. omnes. & l. dies. C. de ferijs. Ista similiter sunt formalia verba præfata excellentissimæ, & timoratae conscientia Doct. Ioan. de Imol. refert Butri. in d. l. 1. postea dicit hæc verba: sed fortè posset dicere illud, quod dicit D. Anton. verum, nisi student in his diebus non benè sufficiat aliud tempus pro lectionibus ad studendum, nam tunc militat eadem ratio, quæ est in expediendo forenses, quia id fiat ex necessitate quadam: igitur licitum, vt d.c. 1. & c. fin. eod. titul. Postea autem dicit, puto tamen melius esse vacare studio, quàm deambulare causa vanitatis, nec in hoc puto esse magnum peccatum, licet melius esset vacare contemplationi diuinorum, ista sunt verba sua. D. Domi. de sancto Geminiano in c. nemo. 37. distin. dicit, quòd attendendus est finis: si enim studens tendit ad finem, vt ædificetur, & prudens fiat, prout tendunt, seu tendere debent boni Theologi, & Cano. in c. pro reuerentia. 44. distin. vel si tendunt ad finem, vt ædificent, prout faciunt boni magistri, qui non legunt ad laudem humanam, sed Dei, vt sic alios instruant, vt ad viam veritatis redeant, nam talium finis est charitas, quia per hunc modum dicuntur proximo subuenire, 45. dist. c. duæ sunt. ad hoc enim tenetur, ex quo talentum scientiæ tradidit eis Deus, alias æternam incurrunt damnationem. vt in c. de sponsa, 44. distin. & ii. q. 3. c. nolite. Ad prædictos igitur fines licitum est studere, & legere, etiam diebus feriatis in honorem Dei, quoniam opera charitatis nullo tempore sunt prohibita, immò permissa, si verò studium fit ad alios fines, putà ad inanem gloriam, putà vt appellentur ab hominibus rabi, id est, magistri, & Doct. vt, 43. distin. c. pariter. vel propter superbiam, vt alios superent, vel vt lucrentur, ad quem finem communiter intendere, dicit, physicos, legistas, & medicos, & sic finis eorum est auaritia, vt ipse dicit, ita quòd totus mundus eis non videatur vnus obolus, 45. distin. c. quid dicam. tunc

tunc non videtur esse licitum, non solum dicto tempore, sed nec etiam tempore non feriato, qui quidem studendi finis inclinatur in peccatum, ita dicit præfatus Doct. vbi sup. D. Abb. Mod. in d. c. i. dicit, quod vbi studium non fit principaliter propter lucrum, sed ad illuminationem proprii ingenij, et aliorum, dummodo debitis horis vacetur circa diuina, studere non sit peccatum, licet accessorie veniat lucrum, argu. c. si. de magistris. vbi bonus text. & c. 2. de priuileg. lib. 6. & c. cum ex eo. de elect. eod. lib. † nam studendo, quis dicitur laborare in venia domini, & ad effectum Ecclesie vniuersalis, propter quod multa priuilegia consequitur, vt dictis iuribus: & maxime hoc procedit, dic in theologia, & iure Cano. quæ scientiæ tractant de Deo, & de homine operatiuo, qualiter bene operando possit acquirere vitam æternam. Item in studio quis efficitur contemplatiuus, & euitatur otium, & consequenter peccatum. † Vnde inquit Hierony. ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis, vt in c. nunquam. de consecra. distin 5. & alibi dicitur: otium sine literis, nil aliud est, quam viui hominis sepultura: quod non contingit in alijs artibus seruilibus, vt in mercatura, seu litigio, in quibus principaliter tenditur ad lucrum, & ad decipiendum proximum, & mendacia, & fraudes committuntur, 86. dist. c. tutius. Vnde tempore poenitentiae cõsulitur, vt abstinetur à negotiando, † quia inter contrahentes difficile est peccatum non committi, de poeniten. distinct. 4. c. qual. as. item in litigio magna contentio, & odium oritur inter partes, & propterea si homines possent intendere mercaturam, & litigijs, dimitterent diuina, & sæpè committerent mendacia, & in h. dicit text. in c. & si Christus. de iureiur. quæ omnia cessant in studio licito, & ordinato ad bonum finem, et causatiue oritur bonum, vt dixi: quia abstrahitur quis à terrenis, & totum oppositum contingit in alijs: & ideo studium nullo iure prohibetur tali tempore, imò suadendum esset iuuenibus, qui relicto studio alijs voluptatibus & illecebris intendunt, quinimò ad Ec-

clesias potiùs vadunt vt videant mulieres, & amasras,
 quàm Deum, & sic nihil eis prodest, vt dicit tex. 23. dist.
 c. odi. vnde concludit, quòd etiam si studerēt ad finem
 lucri, illud est minus peccatum, quàm vagari, quia ex
 scientia mundus illuminatur, & multa bona oriun-
 tur, & à multis prauis actibus, & malis operibus, & co-
 gitationibus, subtrahuntur, vt in 53. distinct. c. & si in-
 quit, verius. & 94. c. duo mali. etiam subdit, prætereà
 excusari posse scholares legentes diebus feriatis, licet
 habeant aliquale salarium, quia lectura datur eis po-
 tiùs, vt doceantur, quàm doceant, vt sic se assuefaciant,
 vt no. Ioan. And. in reg. cū quid. de reg. iur. in 6. in mer-
 curialibus. nō tamen debent principaliter facere pro-
 pter lucrum, sed si lucrum venit in consequentiam, nō
 noceat, arg. l. i. de auc. tu. & l. rogasti. ff. si cert. peta. cum
 fini. dum legatur illis horis, quibus diuinis non vaca-
 tur † Doct. tamen legentes propter lucrum, dicit præfa-
 tus Doc. quòd nescit à peccato excusare, & idē in scho-
 laribus, & hanc doctri. D. Abb. sequitur excel. Doct. D.
 Maria. Soc. de Senis in c. 2. de ferijs. arg. 8. q. 1. fallere. D.
 Ioan. de Petru. de Peru. D. meus & prudētissimus Doc.
 dicit sic, in d. l. diuus: No. ex gl. hic secūdum Ang. quòd
 scholares possunt studere diebus feriatis, ne perdatur
 quæ didicerint: & idem dicas in Doctoribus, 52. dist. c.
 de ferijs. quia non addiscendo de nouo, perduntur, &
 declinant iam quæ sita: vnde videtur, quòd si solū pro-
 positum esset didici de nouo, omninò separatum
 à proposito non esset didici quæ sita, esset peccatū, si pro-
 positum esset ita aditutum: quia non subesset legiti-
 ma causa, sed in se non est separabile, hæc ad didicere de
 nouo, à conseruatione quæditorum propter lucrum, ta-
 men nō licet studere, vt pro adi. tocandō, vel consulendō,
 do, nisi quādo necessitas immi neret, puta quæ sententia
 esset statim ferēda, vnde oportet allegari antè, vel con-
 sulere, vel est causa, quæ potest agi etiam die feriata
 in honorem Dei, vel nuncijs qui veniunt pro cōsilio ex-
 pectat in hospitio, & plura fortè sunt festa cōtigua, &
 causa non est magna, & expensa nunciij magna esset, si
 expe-

expectaret lapsum illorum dierum: & sic generaliter,
 ubi necessitas esset arbitranda, vt in d.c. si. eo. tit. Ex his
 dicit patere, quòd Doct. possunt legere diebus festiuis
 pro necessitate, putà quādo deberēt remittere aliquas
 lectiones, vel propter disciplinam conseruandam, vt
 repetendo, sed non pro lucro intelligit tamen prædi-
 cta, dummodò Doc. vel scholares propter illud nō de-
 serant diuinum cultū, quod deserere esset contra Dei
 præceptum. Infert etiam ex prædictis, quòd si quis con-
 ducitur diebus festis ad legendum, conducto ipso iure
 non tenet, cūm contineat quid turpe expresse, arg. l. si
 plagij. ff. de verb. obl. cum simi. Cautiùs est ergo, secun-
 dūm eum, quòd quis conducatur, vt legat diebus, qui-
 bus per alios non legitur. † Tandem videtur ex prædi-
 ctis, quòd in diebus festis in primis omninò vacādum
 est diuino cultui, nec deserenda sunt diuina illa, scili-
 cet, ad quæ tenemur: cūm autē satisfeceris diuino cul-
 tui necessario, licet studere, et legere spiritualia, & cō-
 scientialia. i. ea ex quibus consciētia informatur, vt fe-
 ci in hoc opuscu. † Item licere legere scientias, quarū
 finis esset instructio, & eruditio proximi, id est, vt ad
 bonam redeat viam. Item licere ad conseruationē sci-
 entiaē acquisitæ. Item licere ad illuminationem proprii
 ingenij, & aliorum, etiam si accessoriè deueniat lucrū,
 dummodò non fiat principaliter propter lucrum, sed
 ad illuminationem proprii ingenij, & aliorum. Item
 ex causis necessarijs licet consulere, & aduocare tali-
 bus diebus considerando necessitatem, vt suprā confi-
 derabat D. Ant. & D. Ioan. de Imol. & D. meus. Item li-
 cere studere, vt merè proficiamus proximo, non causa
 lucri, putà quando alicui miserabili personæ patroci-
 netur gratis, vt ex prædictis apparet, & hoc diligens
 inuestigator poterit inuestigare, posito quòd non lice-
 ret scholari circumscripta necessitate studere ad con-
 seruationem scientiaē iam acquisitæ, vt videtur de men-
 te D. Anton. minus tamen malum est studere, & oti-
 um vitare, quàm vagari, & esse in otio: & iuuenum
 maximè interest, quàm vaniloquio, deambulatio-

24 TRACT. DE OFFIC. ADVOCATI

nibus, & illecebris indulgere, igitur præeligendum, vt
etiam consuluit fieri debere D. Ioan. de Imol. & D. Ab-
ba. vbi sup. ar. text. 13. distinct. c. nerui. cum simil. Expe-
diret etiam quærere, posito quòd aliquis allegauerit
die feriata aliquo casu quo, vt suprà dictum est, sit pec-
9 catum: † An illud tale lucrum possit salua conscien-
tia retineri. super hoc aliter non cogitavi, crederem
pro nunc, licere, sicut in simili dicitur per gloss. & Do-
cto. in c. fina. de simo. quòd si quis ministrat spiritualia
animo lucrandi peccat, non tamen restituere tenetur:
10 hoc tamen relinquo Theologis, vel aliter examinabi-
tur. † Sextò, quærendum esset, vtrùm aduocatus de-
beat de iure decimam lucri, quod ex aduocatione quæ-
suerit. & certè gloss. 16. quæst. 1. c. decima. dicit, quòd
Doctor, Aduocatus, & huiusmodi debet decimam cu-
iuscunque lucri, quòd ex industria quæsiuerit, & ista
appellatur decima personalis. an autem si talis deci-
ma non soluatur, vel ex consuetudine, vel quia non
petatur ab eo, cui debetur, quis peccet, vide eleganter
per Anton. de Butri. & Abba. in c. in aliquibus. ex-
tra, de decimis. Et hæc paucula sufficiant in præsen-
tiarum, nec vltra progrediar: cùm tamen sit tempus
pœnitentiæ, possunt ea quæ suprà dicta sunt addi ad
multa, quæ Specul. ponit in titu. de aduocato. de sala-
rijs, vbi videre potes ad saturitatem.

F I N I S.

TRACTA.

25

TRACTATUS
LANCELLOTI POLITI
DE OFFICIO AD-
VOCATI.

SUMMARI A.

- 1 *Finis aduocati quis sit.*
- 2 *Aduocati munus amplissimum, & maximè necessari-
um.*
- 3 *Christiani viri officium.*
- 4 *in Aduocato quatuor virtutes requiruntur.*

De fine Aduocati, & medijs, eoperdu-
centibus. CAP. I.

RIMVM quidem respicere ad finē aduo-
catū oportere existimo, cui⁹ gratia, summi
Dei prouidentia huiusce artis præfidiū in-
ter homines maximè vigere voluit. Facile
enim nō alium esse intelliget, quam vt te-
nuiore^s † à potentioribus defendantur, vt iniuriæ à lo-
cupletibus (quibus obesse non debet inuidia) propel-
lantur, vt soluantur innocentes, vt noxij meritis pœ-
nis damnentur, vt suum tandem quisque iudiciorum
æquitate, ac potestate retineat. Etenim cū euenire tur-
bas veritatis testimonio sit necesse, nimirum etiam ne-
cessariū fuit ope hominū, & quæ venere componi, &
ne veniant, quantum potest diligentissime procurari.
Optat enim maximè Deus, quanquam nutu humana
omnia tegere, ac pro arbitrio voluere ipse possit, no-
stra potiùs opera, atque cura, (quo ad benè beateque
agendum inter nos attinet) hoc ipsum effici. Si quis-
quam igitur eiusmodi finem diuina mente considera-
tum, prauo consilio ausus sit pervertere, non iam ad-
cati officium, sed prauissimi omnium hominis exerci-
tium, summo cum malo suo, quandoque sentiet exple-
uisse:

- 2 uisse: cum enim id muneris quam latissimè † pateat, ac
 que toto terrarum orbe ad populorum gubernationē,
 præsertim in hac vrbe aliarum reginā, ac domina, pro
 pace, ac salute cōseruanda sit oppidò necessarium, cō-
 cedendum est proculdubiò, si sordidè, aut ignauiter
 administretur, nō nisi summam perniciem loco pacis,
 ac pestem loco salutis omni reip. allaturum. verum cū
 lapsa improba consuetudo, quasdam actiones, suapte
 natura summa flagitia, vel quasi parum noxias, vel om-
 3 nitò tanquam vitio carentes, in oculis humanæ fragi-
 litatis plerunque constituat: satiùs fecerit † vir Chri-
 stianus, ac prudens, si rectò iudicio ita secum intime
 consulta veritate rem deputet, vt ne malorū exemplo
 peccet, & velit, & intelligat, quàm cautissimè prou-
 dere. Cū ergò ille propriè aduocati sit labor, vt vi-
 4 ctoriam honestis medijs patrocinium iure flagitanti-
 bus comparet, ac quatuor ad † hoc ipsum principaliter
 desiderari videantur, primùm bonitas, deinde iu-
 ris scientia, tertio prudentia, postremò autem eloquē-
 tia. De his pro nostræ captu cōsiderationis, quæ quàm
 exigua sit, vtinam ne hic etiam locus indicet, sic cen-
 sū differendum.

S V M M A R I A.

- 1 Bonus quis dicatur.
- 2 Duo peccandi tempora in Aduocato.
- 3 Vitia ab Aduocato in suscipiendis causis vitanda.

De bonitate, quæ Aduocato sit neces-
saria. CAP. II.

Quoniam cum bonitatem dicimus, non eam ex-
 audimus, quam strictior verbi significatio ex-
 primit, quæ videlicet omni penitus peccato ca-
 reat, ne solum Deum per illam, aut paucos quospiam,
 (quos ipse Deus priuilegio speciali dilexit) respicia-
 mus. Si enim, vt Flaccus rectè, nemo vitijs sine nasci-
 tur, optimus ille, qui minimis vrgetur: consequens est
 latiore vt significatione accepta, bonos illos hoc in lo-
 co

co definiamus, † qui ab omni fraude, qua contra huma-
 nae societatis iura alterius detrimento peccatur, dili-
 genter abstinuerint. Cum ergo duo sint tempora, qui-
 bus contra iustitiæ tenorem ab aduocato peccari pos-
 sit, † alterum, cum causam suscipit, alterum verò, cum
 iam susceptam prosequi oportet: Quinque præcipuè
 quo ad primum tempus attinet, quæ illum ab officio
 detorquere possunt, maximè sunt attendenda vitia, †
 vt omni conatu penitè deuitentur. Quorum primam
 sibi sedem, veluti hac in re longè potentior, auaritia
 vindicat. Secundæ superbia debeat. Tertiam amor,
 iusto indulgentior obtinet. Quarta occupatur odio.
 Quintã verò, ac postremã, seruilis timor amplectitur.

S V M M A R I A.

- 1 Auaritia in primis aduocato fugienda, & nu. vlt.
- 2 Iniusta causa bono viro non suscipienda.
- 3 Lites cum detrimento proximi fouere, contra naturam est.
- 4 Ambas partes latenter defendere, execrandum.
- 5 Colludere cum aduersario, flagitiosum.
- 6 Merces etiam in iustis causis non nimia exigenda.
- 7 Extorsio iniqua mercedis, quantum à furio differat.
- 8 Aduocatus clienti quomodo operam & scientiam exhibere videatur.
- 9 Scientia iuris res sanctissima,
- 10 Modus mercedis aduocati, vnde estimandus.
- 11 Gratis quandoq; patrocinandum.

Quale debent esse officium aduocati in sus-
 cipiendis causis. Et primò, de auaritiæ
 sordibus eijciendis. C A P. III.

Igitur quæ mentes hominum penitè excæcat ve-
 rè pestilens auaritia, † primùm omni ratione vitan-
 tanda est, ne iniustum patrocinium, quantum al-
 lecti pretio, cui quam polliceamur. Sic enim nec
 tot lites fermè ad immortalitatem alerentur, & ita
 quietio-

quietiores Respub. sedatioresque permanerent. Cum
 enim ex priuatis discordijs sæpè oriuntur & publicæ,
 quibus plerunque seditiones suscitantur, & scandala:
 Tutius erit profectò, diuinam illam comminationem
 extimescere, qua cuique mortalium verbo veritatis
 denunciatur: Væ illi homini, per quem euenerint scân-
 dala. Nec quicquam eò moueri bonos oportere † quo
 improbi facilè persuadentur: Minus scilicet quæstuo-
 sam fore hanc artem, si duntaxat, quibus adfit iustitia,
 partes suscipiantur. Sic enim & locus innumeris liti-
 bus facilè præcluderetur, & disertis viris præmia con-
 sequenter angustiora redderentur. Cum verò, vt ille
 inquit, honos alat artes, quis nõ videat, inquit ma-
 li, si hunc iustitiæ rigorem respexerimus, paucissimos
 fore, qui huic muneri dare operam tantò studio, tan-
 tis laboribus, ac tot vigilijs intendant. eoq; fieri pro-
 pemodum, ars vt ipsa corruat, ac omninò periclitet.
 Verùm enim uerò, qui eiusmodi excusatione malitiã
 obtegere arbitrantur, non aliò tandem deueniunt,
 quàm vt augeri lites, foueri que discordias cum proxi-
 mi malo, ac damno, proprij ratione compendij cuiq;
 licere, fasque esse contendant: † quo nihil contra natu-
 ram magis, quanquam etiam nihil illa est misericor-
 dia importunius, qua, cum artem istam interire nõ pa-
 tiamur, interire nihilominus propriam animæ salu-
 tem facilè permittimus. Quippè, quamuis, vt improbi
 inquit, vnde habeas quærat nemo, quæsiturum ta-
 men Deum, cum à quolibet rationem totius actæ vitæ
 sua die reposcet, confiteri Christianum hominem ne-
 cesse est. Cuius iudicium qua malitia, quo consilio
 quis tandem adeò sapiens patronus effugiet, qua cau-
 tela eludet, aut remorabitur. Acrius tamen illorum
 perfidiosa versutia detestanda est, si qui tamen sunt,
 qui eò vsque prolabuntur, † vt ambas partes latenter
 defendendas suscipiant, & subdolè patrocinia inui-
 cem contraria polliceantur: Mercede interim tantæ,
 tamque difficilis industriæ, hinc & inde impudenter
 exacta, vt penitus vtranque partem perniciosè fallât,
 atque

atque indignè eludant. Ac si qui etiam cum aduerfa-
 rio colluserint, † pretio hostilem istam fraudem æsti- 5
 mantes, nihil profectò impudentiùs, nihil flagitiosius
 aut magis sinceritati, Christianæque simplicitati con-
 trarium. Non tamen & si causam iustam omni etiam
 diligentia susceperis defendendam, excoriandus est ti-
 bi propterea cliens, à quo mercedem suprâ quàm de- 6
 ceat, veluti victoriæ nimium cupido, extorqueas, † cū
 enim ex alieno dispendio compendium nobis compa-
 rari naturali æquitati contrarium est, nedum diuina,
 verùm & humana, ac ciuilia iura testentur: cui dubi-
 um esse potest, & contra sanctissimæ charitatis fœde-
 ra, & contra naturam eum agere, qui excutere suprâ
 quàm pro laboribus mereatur, honorarium à consul-
 toribus studeat, eo que à furto differre eiusmodi rapi-
 nam, quo ita furto rem alienam ab inuito subtrahi-
 mus, vt volentem illum nullo colore persuadere pos-
 simus: Ab hoc † autem ita extorquemus, vt quanuis ve 7
 rè ab initio auferamus, ille tamen supersit color, vt
 quasi à volente id exhiberi videatur. Verùm ita nos
 hic color ante excelsæ maiestatis tribunal excusabit,
 sicuti rerum substantias mutari poterit calore sapien-
 tissimo, cuiquam persuaderi. Nec enim lateri quempi-
 am debet, non immeritò à magnis viris ne dicam dubi-
 tatam, saltem quæsitum esse, num licitè merces aduo-
 cato, & qua ratione debeatur. Duo autem in ea quæ-
 stione considerant sapientes, quorum distinctione o-
 mnis dubitatio facilè quiescit. Nam cum sciētiam ad- 8
 uocatus, † atque operam simul pro cliente exhibeat,
 non tam quidem operam illam, quam in re præsentī
 exhibere videtur, quàm etiam exactos labores, qui-
 bus efficacior præsens opera redditur, meritò conce-
 di oportet, non scientiæ, aut acutioris ingenij gratia,
 honestè ac licitè exigī mercedem posse, sed laborum
 duntaxat, impensarumque operarum habita inspecti-
 one, ne alioquin in diuinæ legis præcepta intemeran-
 da committamus, vt quod gratis acceptum est, non et-
 iam gratis rependamus. quid enim aliud sensisse Vlpia-
 anum

9 anum nostrum illis verbis existimabimus, cū inquit?
 Est enim res sanctissima † ciuilis sapientia, quæ pretio
 nummario non fit estimanda, aut de honestanda. Non-
 ne cum sapiente videtur nos admonere, ne scientiam,
 quæ bonum, ac donum Dei est, ac sancti spiritus, vēdi-
 temus. Illud tamen, quod & idem Vlpianus non insul-
 se probat, non me præterit, multa quæ haud licitè pe-
 terentur, non inhonestè ab his qui vltro offerant, pos-
 se accipi. Verum, quoniam non certa merces, quæ ad-
 uocato, aut de iure respondenti tribui oporteat, lege,
 vel consuetudine præfinita est, neque item pactio-
 10 plerunq; id agi soleat: Sciendum est, sicuti non ingra-
 ta clientis voluntate statui, ita neq; nostro arbitrio de-
 cerni oportere, sed modum ex † causæ quantitate, ex
 qualitate, ex personis, ex cōsuetudine, ac loci oportu-
 nitate, adhibendum esse. Quid enim si de minimo sit
 controuersia: num honorarium causæ valorem super-
 excedat. Quid si adeò in aperto ius constitutum sit, vt
 neque aduocato forsitan opus esset. Quid si persona,
 quam defendat, miserabilis egestate, aut solitudine,
 aut natura, hanc opē suo quasi iure expostulet: vt pau-
 11 per, vidua, pupillus, Ecclesia, an non † gratis plerunq;
 exhibebimus, vt ex præcepto interdum tenemur, in-
 dustriam. Itaque charitas ante oculos, & pietas præpo-
 nenda est animo, aut eliminanda semper verè pestilēs
 12 auaritia, † cuius suasu, neq; tandem iniustas partes tue-
 ri, neque cum defenderimus iustas, supra quam hone-
 stas patitur, honoraria exigere debemus. Sed iam de
 superbiæ cæcitate dicendum est.

S V M M A R I A.

- 1 Ambitione duci, pernitiosum.
- 2 Contraria patrocinia suscipere, turpe.
- 3 Malas causas defendere, an sit maioris prudentiæ, quā
bonas.
- 4 Autoritas propria ad victoriam non sufficit.
- 5 Veritatem homines natura amant.
- 6 Superbiæ fastus vitandus.

Quo magis perdifficile est præclariora, altioraque ingenia in sui amorem, & ita sæpè in arrogantia vitium non labelsere, eo dico diligentius obseruandum est bene literatis, ne nimio freti acumine abutantur arte. Quamobrem intelligant summè perniciosum esse ea duci † ambitionis infania, qua vt ingenium, ac doctrinam ostentemus, æmuloꝝque auctoritati detrahamus, immodesta scientiæ persuasione imbuti, ac insolenter tumentes, nostras omni in re præferri sententias, summa pertinacia parùm ad veritatem respicientes, contendimus. Est enim videre sæpenumero ita æmulos inuicem in hac arte aliquos, vt in eisdem causis contraria † suscipere patrocina non solum vehementer appetant, verum etiam, quod est turpius, impudenter affectent, iniuste nihil pensi habeant. quare nihil inconsultius, cum iustitia minimè respiciatur, resque potius inuidia agatur, & iniuria, quam iure, & equitate: vt tunc maxime veram laudem sese adeptam quispiam arbitretur: cum sicuti optimus medicus, qui ægroto aliorum iam opinione incurabili, medicinam, atque opem attulerit salutare, sic ipse causas quasi mortuas sua solertia, atq; astu ad victoriam suscitauerit, atque erexerit. Hunc enim insanum vulgus verè sapientem, verè prudentem appellat, quod existimat infelicis esse ingenij, vulgarisq; doctrinæ nouisse bonas tantum causas defendere: † illud verò, si quæ malæ sunt, contra veritatem sustineantur, disciplinae altioris. sed non sic sapientissimi Philosophi ex Platonis sententia, non sic etiam diuina lege eruditiputant, qui scientiã, quæ remota sit à iustitia, potius calliditatem, quam sapiëntiam esse, definiunt, itaq; istos versutiæ potius pœnas, quam sapientiæ laudem promereri. Age ergò, demus falsitatem vincere te iuante, te patrono: quid nam erit aliud, quam improbi dæmonis virtutem, quæ est ipsa falsitas, vincere.

hoc

hoc rursus quid aliud, quàm te nò vincere, sed omnino tua potiùs opera, atque ope vinci, qui pro illo pugnaveris, qui te per eandem istam victoriam, magno cù malo tuo, in propria causa certè nimis imprudentem expugnauerit. Mitto, quod ad victoriam comparandã auctoritati, ac doctriñæ propriæ confidere, † plerumque non est satis, contra quam, & si non æquè doctus ac disertus patronus adsistat, non tamen deest veritas, quæ nonnunquam paruo, ac sæpe nullo hominis patrocinio, apud optimos iudices superare solet. Cùm enim ad veritatem vi sua naturaliter † mentes hominum inclinentur, potentiorque sit naturæ vis, quàm humanæ artis, necesse est plerumque calliditatem, tuo non sine vituperio, veritatis violentia expugnatam propelli. Dixissem, nec sine rubore, ni iam consuetudo illa pessima, omnem pudoris locum ad improbam impudentiam confirmasset. Cauendum est igitur, ne quis ea ambitionis ducatur infania, cæcòque ac dissoluto superbiæ persuasum, falsa gloriæ specie deceptus alliciatur, vt iniquas partes iuuandas ex industria amplectatur.

S V M M A R I A.

- 1 Amicitia, aut gratia, aduersus veritatem nihil indulgendum.
- 2 Iustitia semper coniuncta veritas.
- 3 Pietas calumniosa defensione noxium pœna non eximit.
- 4 Importuna est in iustè pereuntibus misericordia.
- 5 Gloria reprehensus.
- 6 Iustitia omnibus officijs anteponenda.

De importuna in amicos, ac necessarios indulgentia vitanda.

CAP. V.

Ter.

Tertio loco procurandum esse bonitatis instituta
 præcipiunt, ne importuna quadam amicitia, aut
 proximitatis indulgentia à tenore iustitiæ ab-
 strahamur, quo amici, aut necessarij cuiusdam gratia †
 à semita veritatis deflectamus. Si enim, vt est in noto
 prouerbio, amicus Socrates, amic⁹ Plato, soleo aut ip-
 se semper addere, amicus ego, sed magis amica veritas
 manifestè patet iustitiã, quæ, vt ait Philosophus, sem-
 per est cum † veritate coniuncta, omni amicitia, omni
 sanguini præferendã esse, quippe si cū optimis Chri-
 stianorum institutis Philosophorū etiam præcepta in
 eo cōsentiunt, satiùs esse genus omne mortis perpeti,
 quàm mentiri, planè constare potest, nec pro amico,
 nec pro quantavis propinquitate coniuncto reijcien-
 dam veritatem esse, vt contra illam freti mēdacio adfi-
 stamus. Itaq; nequaquam desiderabitur in eo fides, aut
 pietas, qui & si de summo forsan ageret supplicio, ami-
 cum, fratrem, parentes, aut coniugem meritæ pœnæ cē-
 fuerit dimittendos, † potiùs quàm noxios defensione
 calumñiosa procurauerit de periculo capitis eximen-
 dos. Cùm enim à plerisque, vel illud ponatur ad quæ-
 stionem, num saltem ipsi reo in periculo constituto,
 saluis iustitiæ finibus, liceat seipsum veluti per fugam
 inde abripere, nulla inita conspiratione, nulla violen-
 tia adhibita, sed tantisper felici quadam naçta, & aliàs
 innoxia fugiendi occasione: quantò illud erit certius,
 licere nemini importuna, vt nostri dicunt, † misericor-
 dia adducto, iustè pereütibus opitulari. Cessent igitur
 iura sanguinis, rumpantur beneuolentiæ foedera, dū
 amor veritatis, dum tenor iustitiæ præualeat. Neq; e-
 nim cum Floria. Doct. illo, sat quidem celebri, in casu
 cuiuspiam suæ disputationis oratoriæ forsan declama-
 tioni nō inepto, † facilè senserim, qui vxorē defendit,
 ac premio etiam non indignam existimat, quæ permu-
 tatis cum viro vestibus, vt ille muliebri habitu menti-
 tus vxorem, in crepusculo de carcerib. recederet, viri
 loco manens, ignauos custodes illudit: sed nō huius lo-
 ci est partes de iure disputantis suscipere. Illud mihi
 † fatis,

satis, si constet, maximè cauendum esse, ne his amicitij
ac sanguinis viribus ita plus æquo indulgeamus, vt di
uina, atq; humana iura despicientes, officiosè agere ar
bitremur: si quidem, vt etiã rectè Cicer. omnib. studijs
atq; officijs, quæ amicis, parentib. liberis, ac patriæ de
beatur, † præponēda sint proculdubiò officia iustitiæ,

S V M M A R I A.

- 1 *Odio ad patrocinandum commoueri non decet.*
- 2 *Reipub. interest, facinorosis hominibus purgari ciuitate*
tem.
- 3 *Publica salus anteponenda priuatæ.*
- 4 *Iustitia propter seipsam sequenda.*

De odio vitando. CAP. VI.

SI quæcunq; animi perturbatio obscuras menti re
nebras offendit, quibus luce veritatis recedente,
sanū præripitur nobis iudiciū, consultæ rationis
præsidio diligētèr est enitendū, ne excitati odio, † aut si
multatibus ducti, iuris, ac modestiæ obliti, aduersus
quospiam eò libētius patrociniū exhibeamus: etenim
cum omnis vindicta lege charitatis, ac summi Dei præ
cepto prohibeatur, cum dicat: mihi vindictā, & ego re
tribuam: Parū profectò ingenuum est, ita indignè à ra
tione deflecti, vt finē, de quo superius diximus, cū diu
tius hoc artis præsidium emanauerit, peruertamus. Nō
enim vt cuiquā noceamus, sed duntaxat vt proximo
adiumēto simus: neq; verò quenquam mouere debet,
si quando reum ad mortem legib. persequimur: hoc e
nim & proximi reip. facimus, cuius interest, † facino
rosus hominibus purgare ciuitates, ne humanæ sociera
tis hostis seditio, ac discordia, pacē, tranquillitatemq;
mortalium contra naturæ institutum perturbet. quæ
res cum sine reorum pœna effici nullo pacto possit,
reos ipsos ita persequimur, non quidem ad eum finē,
vt eorum mortem, aut aliam animaduersionem prin
cipaliter procuremus, sed vt pacis ocium potius com
paremus, quod cum esse absq; ipsorum merita pœna
omninò nequeat, charitatisque ordine præscriptum
sit.

LANCELOTI POLITI.

fit, statum vniuersitatis † singulorum salutis præferendum esse, cum horum alterum periculo sit exponendum: profectò conueniens est, scelestos potius homines vltori gladio, siue alteri nõ indigno supplicio tradere, quàm humanæ societati tantas admisceri turbas permittere. Itaq; nullo vnquam casu vltionis gratia, accusationis defensionisve prouincia suscipiẽda est, & s̄ alioquin iustè possit. quamuis enim non eo pecces, quod iuri ac legibus fauendo ab honestate non declines, in illo tamen excusari non potest, quòd non iustitiam, propter iustitiam, sed propter vindictã sequeris. Amanda autem, ac † sequenda iustitia propter seipsam principaliter est, non propter aliud extrinsecus, quod impium, aut turpe habeatur.

S V M M A R I A.

- 1 Dominorum gratia, aut metu, non est violanda iustitia maiestas.
- 2 Timor multos à constantia depellit.
- 3 Principum potentiã formidantibus, quid cogitandum.
- 4 Princeps Principũ Deus Opt Max. super omnia timendus.

De seruili timore, ac potentiorum potestate contemnenda. CAP. VII.

Postremò omni constantia enitendum est, in quo flagitiosè, perniciosèq; peccati continuè cernimus, ne timore seruili adducti, quicquam contrã veritatem, ac iustitiam defendamus, etiam à magnis dominis † requisiti, quibus nullo pacto parendum est: siquidem magis Deo, quàm hominibus seruiendum esse, nemo adeò impius negare aufit. omni ergo principum mandato constantissime veritas præponenda est. Verùm quoniam eiusmodi timor plerunque multos de cõstantiã sede deijcit, cum odiosos esse potentibus, ac tyrannis, proculdubiò fortunis nostris, ac sæpè nobis calamitosum sit: summa profectò laude digni viri illi erunt, qui tyrannicam potentiam contē-

36 TRACT. DE OFFIC. ADVOCATI

nentes, amore virtutis, Flacci illud de se verè prædicari posse curabunt, qui ait, iustum, ac tenacem propositi virum, non civium ardor prava iubentium, nō vultus instantis tyranni, mente quatis solida, neq; auster, & quæ excurrunt: at multò certè feliciores, si in eis iucunda illa Christi sententia verificabitur, qua beatitudo illis promittitur, qui persecutionem propter iustitiam patiantur. Igitur ita quisq; secum rationem deputet, qui iram ac maiestatem † principum perhorrescat, aut eorum potentiam revereatur, cum duo sint principes, qui inuicem pugnātia præcipiant, tutius esse eius hæere præcepto, à cuius magis ira, ac furore sit metuendum, & cuius potentia longè præualeat. Cùm ergo omnium principū sit princeps † Deus maximus, atque hic veritatem aduersus omnem potestatem custodiri præcipiat, præposterè eum facere, quicumq; eius iram quam nemo penitus sustinere poterit, cōtemnens hos minutulos præ ipso regulos, atque eorum odium perstimuerit. Rectè enim pro hac parte diuina præcepta testantur: nolite timere qui corpus possunt occidere, sed qui animam potest mittere in gehennam. Hæc sunt quæ in suscipiendis causis obseruare, ne capitaliter in Deū peccet, curabit sapiens aduocatus.

S V M M A R I A.

- 1 *Causæ Dei & proximi amore suscipienda.*
- 2 *Diligentia ex tacita pactione exhibenda.*
- 3 *Animus in varia distractus, non facile singula rectè perficit.*
- 4 *Furtum facit, qui debitam causa diligentiam & studium subtrahit.*
- 5 *in Causa, quæ prius iusta visa, postea iniusta appareat, non perseuerandum.*
- 6 *Pertinacia improba vitanda.*
- 7 *Erroris agnitio, duplicem excusationem habet,*
- 18 *Vlpian. errorem ingenuè professus.*
- 9 *Errorem deponens, doctior habetur,*

10 *Verecundia non praeponenda veritati.*

11 *Iniustitia causa deprehensa, quid aduocato faciendum.*

Quale debent esse aduocati officium in cau-
sis prosequendis. CAP. VIII.

Nunc verò quid in causis prosequendis custodi-
re illū oporteat, nō est admodum difficilē prae-
cipe. Cū enim probabilis causae defensio vi-
sa diligenter consideranti fuerit, suscipienda est omni
in primis † amore Dei, qui est ipsa iustitia, ac veritas, r
ac per hoc cū veritas, ac iustitia defenditur, Deus de-
fenditur, cū verò relinquitur, Deus relinquitur: tū ve-
rò causa proximi, cui etiā te natum esse nedū Christia-
na lex, sed Philosophorū quoq; vulgares sententię te-
statur. Adde quod minū licitē mercedē accipis, si dili-
gentiam ac studiū † tacita quadam pacto debitum z
non adhibeas: neq; aut prauissimus illorū abusus pro-
bandus est, qui operam ita iuxta mercedem metiūtur,
vt si parua ipsis videatur merces, parua etiam diligen-
tiā, aut saepē nullam praestent, quod fieri facilē potest,
vt contra quā deceat, falsitas eorū ex negligentia veri-
tati praeualeat. potius igitur fecerint, si initio, causę re-
nunciātes, rem integrā clienti constituant alios ad eū di-
& cōsulendi, vel ad solidā dignę remunerationis satis-
factionē impellāt. Illud etiā maximē est aduertendū,
ne multas eadē suadēte cupiditate suscipiēs causas, in-
tegrū singulis patrociniū praestare non valeas. quis e-
nim nesciat varijs occupatū studijs animū ita distrahi,
† vt nō facilē possit omnibus, vt oporteret, superesse. 3
Quo fit, vt saepē dū multis prodesse intēdimus, multos
non sine existimationis nostrae dispendio, decipiamus
ac ledamus. Cū enim mercede accepta, opera, ac studi-
um tuū non iā vltius in tua potestate, sed quatenus
causa postulet, ei sit obnoxiiū, qui pretio illud cōduxe-
rit, explorato cōstat, si quid inde demas, tuisq; confe-
ras, aut aliorū negotijs, quasi alieni rei te fur i facere,
† quodammodo vsus ratione. Furtum aut, & cōtra bo- 4
nos mores, contraq; omnē, seu diuinā, seu naturalem,
C 3 seu

33 TRACT. DE OFFIC. ADVOCATI

seu ciuilē legem esse, nemo prudēs non intelligit. Igitur cū in omnib. negotijs antequā aggrediare adhibenda sit preparatio diligens, sic postquā sis aggressus, nulla, aut segnitie, aut malitia quicquā est prætermittendū, quominus quoad poteris, rectē perficias. At verò, cū nonnunquā eueniat, vt quæ partes primo aspectu iustæ visæ sunt, maturiore aut adhibita cōsideratione † iniuste appareāt, ac plerūq; vel superba obstinatiōe proteruientes, vel auaritiæ laqueo alligati præsumant homines falsitatem, quæ primò specie veritatis apparuit, animo obdurato defendere, cū inferni hostis verſutia pudorē ante oculos proponat, quo ab opin. decere constanter detrectant mali, metuentes sibi ab inani potius hominum, quā à summi Dei tremendo iudicio: profectò maximè ab eiusmodi superbiæ genere, † quæ improba dicitur pertinacia, cauendū est. Manifestandaq; cōfestim clienti est erroris agnitio, insinuāda correctio, aptandaq; excusatio: siquidē & ratione, † & exemplo perfacilè id possis. Ratione quidē, quoniā facillimū est homini, cū in omnib. artib. tū præcipuè in hac nostra sciētia errare, q̄ hominū voluntate plerisq; casib⁹ est cōstituta, quæq; tot inuicē cōtrarijs regulis, atq; aduersantib⁹ opinionib. continetur. quotus. n. quisq; est, qui non in plerisq; iuris articulis euidentissimis rationibus expugnari possit. Exemplo autem cum non esse hoc nouum, etiā apud antiquissimos iurisc. & eos quidem, quorum sententiæ pro legib. obseruātur, plerisq; locis appareat. Est enim Vlpian. clarissimi iurisc. in ti. de iu. pat. ingenua illa proprii erroris † professio, qua nō solum nō minuere de existimatione, si veritate cognita, spontè à falsa opinione recedamus, verum etiam maiorem comparari nobis sapientiæ laudem facile admonemur. Si enim, vt inquit Plato, initium sapientiæ est, erroris, ac propriæ imperitiæ agnitio, iā sequitur, vt non solum ille melior, sed omninò doctior habeatur, † qui sua errata non solum recognoscere, verū etiā deponere consueuerit. Ob eā ego causam in omni lucubrationum mearum editione publicè correctio-

nem

mem cuiuslibet, & maximoperè rogavi, & quidem ex animo sum cōtestatus, paratū me esse errores, si qui mihi à quopiā ostenderētur, ingenuè ac libèter agnosce- re, agereq; illis, qui me à mēdis corripuerit gratias im- mortales: sic equidem fieri velim, atq; hoc ingenij esse omnes, qui plus veritati, quā importunæ verecundiæ tribuentes, anteferendā illam rebus omnibus meritò ducerent. Illud autem quod & sancti Philosophi ad- monent, hoc in loco caueat aduocatus, ne quòd malè causam sui clientis agnouerit, rectè ob id futurum se existimet, si præuaricator ad alteras partes fouendas trāserit, & quæ ibi bona fide sunt credita, secreta cau- sæ retexēs, perfidè illū decipiat, qui sese in eius fidem ac patrociniū commiserat. Potius igitur fecerit, † si ei- dē persuaserit, vel omninò liti cedendū esse, vel alio- quin fraterna charitate cū aduersario componēdum. Hæc sunt tandem quæ ad bonitatem aduocato necessa- riam pertinere sum arbitratus. Nunc verò quæ deside- retur scientia consequenter videndum est.

S V M M A R I A.

- 1 Iuris vtriusq; scientia in aduocato necessaria.
- 2 Scientia, rigoris & equitatis viam continet.
- 3 Ius ab æquitate non separandum.
- 4 Rationum momenta Barto. vel Bald. autoritati præfe- renda.
- 5 Communis commentatorum error.
- 6 Praxis cum Theoria coniungenda.
- 7 Theoria carere praxis nequit.
- 8 Iudicare sine iuris peritia, monstrosum.
- 9 Principum in deligendis iudicib. & Aduocatis officium.
- 10 Imperitè ius reddendo, non tam componuntur, quàm excitantur lites.
- 11 Tria in Aduocato necessaria requiruntur.

De scientia, qualis requiratur in
Aduocato. C A P. IX.

Nemo

80 TRACT. DE OFFIC. ADVOCATI

Nemo opinor tā stultus non intelligit bonitatē solā, quæ scientiæ non sit cōiuncta, minimè aduocatum cōstituere. Sciētia igitur ea est necessaria, quæ non solū ciuilia, verūm etiā pontificia iura cōplectatur, præsertim in hac vrbe qua frequentius de beneficijs, Pontificū rescriptis, de matrimonio, cæterisq; spiritualibus causis agitur. Et cū quædam pro legibus inuiolabiliter obseruentur, vt patrū quas Rotæ decis. appellant, & Cancellariæ regulæ, hæc etiam nō sunt omittēda, vt omni studio, quantū fieri potest, addiscantur. Sciendū tamen est cum scientia, quæ de libris sumitur, duas inprimis videatur cōtinere vias, alterā rigoris, † alteram æquitatis, vt rigor de verbis, æquitas aut de cordis atque animi iudicio oriatur. Non illum optimum vnquam aduocatū dixerim, qui cū acriter differere per quasdā nimis subtiles ambages per calleat, nuda legū verba sequens, æquitatē ipsam & verā plerunq; rationem prætermittat, meritò dignus, in quē sapientis verba congruè dirigantur, cum inquit: Qui tamē verba sectatur, nihil habebit, qui aut possessor est mentis, diligit animā suam. Placuit itaq; mihi semper Ciceroniana illa laus, qua nescio quem illorū temporum iureconsultum summa honestate est arbitratus, cum dixit, illum esse qui nunquam ius † ab equitate separauerit. Si enim vt nostri volūt, ius est ars boni & æqui, quomodo ergo secerni iustitia ab æquitate potest? Celsus etiā adolescens, quod in hanc sententiā concederet, apud Pau. in tit. de verb. obl. plurimū commendatur, eo quod nōnullos perniciosè errare deprehenderit, qui iuris nimiam subtilitatē sectantes, quod æquū, quodq; bonum esset, idcirco relinquerēt. Illud etiā maximè vitandū censeo, quo pleriq; decipiuntur qui certè scholæ addicti, ita cuiuspiā auctoris doctrinæ sese alligāt, & in obligatione, vt prophetæ verbis vtar, adducunt, vt nihil rectū, nihil verū existiment, quod non ab illo sit cōprobatum. Hi enim plerunq; iudicio carent, quorum gratia potissimū fit, vt veritas in plerisq; non satis intelligi possit. Nemo igitur, aut

Bart.

Bart. aut potius Bald. vel alteri cuiquam, ita sese addi-
 cat, † vt non imprimis momenta rationum consideret, 4
 eaq; omni auctoritati constantissimè præferat. Etenim
 perfecta scientia non erit, quæ solido, ac naturali iudi-
 cio non sit confirmata ac roborata, in quo non solum
 noui, verum etiam antiqui iuris commētatores, & pe-
 nitus omnes, † ac sæpenumerò aberrasse, & recentia, 5
 & veterū monumenta testantur. Vt non iniuria verba
 illa Ciceronis in nos reijci, sed multò forsan cōgruen-
 tius possint, cū pro Murena, in eius ætatis Iuriscon-
 sultos inquit: Nam cū permulta præclarè legibus ef-
 sent constituta, ea Iurisconsultorum ingenijs pleraq;
 corrupta, ac deprauata sunt. Et rursus in eosdem: dein-
 de etiam si quid apud maiores nostros fuit in isto stu-
 dio admirationis, id enunciatis vestris mysterijs, totū
 est contemptum, & abiectum. Sed de his hæctenus. Sci-
 endum enim est, ad huius peritiam artis non sufficere
 scientiam illam solam, quæ de libris sumitur, & quam
 theoreticam appellant, † si non maximè praxi, atq; exer- 6
 citatione iuuetur. His enim vocabulis non vt philoso-
 phi subtiliores, sed vt vulgus intelligit, vt ar: theoreticā
 enim illam dicimus, quæ domestica lectione, ac studio
 iugi quæ sita, nudam quandam de vniuerso, & ab acti-
 one remotam intelligentiam præstat. Practicam verò
 illam, qua locos ipsos, quos domi adnotauerimus, ad
 propositas ac particulares quæstiones longa exercita-
 tione applicare didicimus. Non enim vt ad Trebatium
 Cicero inquit, ex eo quòd omnia quæ legerimus intel-
 lecta à nobis fuerint, continuò tamen si exercitatione
 no iuuemur, poterimus illa ipsa media, quibus sit cau-
 sã succurrèdum, facilè adinuenire, ac proponere. Sci-
 entia igitur nostra ita exercitatione perficitur, vt tamē
 non minùs ipsa exercitatio † scientiæ coniunctionem 7
 desiderat, vt proculdubiò constituèdum sit, optimum
 patronum fuisse, aut esse posse neminem, qui non vtri-
 usq; præsidio fuerit maximè adiutus. Quare acerrimè
 reprehendendi sunt illi, qui cū non dicam intellige-
 re, sed nec quidem legere glo. ipsas, aut etiã tex. sciant,
 C 5 huius-

4^o TRACT. DE OFFIC. ADVOCATI

huiusmodi tamen patrocina, ac publicæ procuratio-
nis officium, sibi impudentissimè arrogant: cum pluri-
ma sint, quæ domestica lectione comprehendâtur, so-
la quidem exercitatione percipi nequeunt: quanquam
§ longè monstruosiores illis sint, qui insuper † & ad mu-
nus iudicandi, cum sint omnis iuris imperitissimi, sese
ingerunt. Quippe quàm præclarè cum ea causa agi ne-
cesse est, ad quâ defendendam patronus imperitissimus,
ad decidendû verò iudex insipientissimus cõcurrerint.
Itaq; nõ leue scelus ab his patrari existimo, qui teme-
rè atq; indignè eiusmodi sibi prouincias ambiunt: nec
minus ab illis qui apud summos principes pro talibus
supplicantes promoueri eos ad hæc munera precibus
impetrant. Rectius autem facturos ipsos principes, si
9 illos potius accersiri iubeant, ac præmijs allici, † quos
constans ac celebris fama, vel opera nõ illaudata, com-
mendent. In qua re & animaduerti oportet, ne his pro-
pter clariorè scientiam, illorû obsit inuidia, qui vt soli
quoquo modo excellere videântur, & solido perfruan-
tur lucro, obtrectationibus semper lacerant meliores.
Hæc igitur procurare summus Princeps, cum ad opti-
mum reip. statum pertineat, minimè negligenter de-
bet: ne alioquin, vt sapissimè cõtingit, turpiter ac per-
uersè eueniat, multos qui ne quidem idonei discipuli
forent, in magistrorum locum ascendere, alios, qui ne
quid sit ius vnquam didicere, respondere consulenti-
bus de iure, nonnullos, qui nec literis, nec iudicio va-
leant, ius tamen vtcunque reddendo † non tam lites
10 componere, quàm excitare. Sed hæc, quæ inter miracu-
la vrbs Romæ per cauillum annumerantur, & quæ
summi principes, qui altiora pertractant, animumque
ad multa distractum, atq; occupatum tenent, subtiliori
examine non procurant, magis iure reprehendi, quàm
facto corrigi possunt. Ergo vnde digressus est iam re-
deat sermo: ne vel frustra, vel aliorum quàm veritatis
dicendæ gratia, introducta hæc à me fuisse. quispiã per-
uersus bonæ mentis interpretes existimet aut obijciat.
Quis enim verè poterit inficiari, si exercitatio ad hanc
artem

artem maximè est necessaria, si reip. interest, plures in ea peritos effici, minimo minus decedere ad hoc operis, benè alioquin literatis, viâ præcludi. Sed vt omnia q̄ superius dicta sunt, quantū fieri potest, perfectè consequamur; Triâ cōiunctim † necessariò exigi, facilè est intelligere: Sedulum videlicet imprimis, ac iuge studium: Capax deinde, ac pertinax memoria: Rectè postremò iudicium. illud quidem, quo plurimorum tractatus, atq; opiniones, quæ ferè innumerabiles sunt, legere aduocatus nō prætermittat. illa quam plurima, quæ legerit, fideliter custodiat. hoc porrò, quod eorum quæ custodierit, delectu prudenti habito, quod propiùs ad rem propositam conueniat, id decernat, & de qua queritur, aptet ad causam. Hæc sunt, quæ de iuris scitiâ faciliè, vt exponerem, occurrere. Nunc iam ergo de prudentia considerandum est.

SUMMARI A.

- 1 Prudentia definitio.
- 2 Vt fides nobis à iudice habeatur, elaborandum.
- 3 Fraudi suspicio in hominem iustum non cadit.
- 4 Responso etiam in re clara, non precipitanda.
- 5 Auri color multos fascinat.
- 6 Suspecta causa statim dimittenda.
- 7 In causa iusta etiam hoc inspiciendum, an peragi possit.
- 8 Argumenta in vtramque partem examinanda.
- 9 Ratio animæ & forma legum.
- 10 Obiectionum dilutio est veritatis assertio.
- 11 Communis opinio veritatem non mutat.
- 12 Communis opinio non facit legem.
- 13 Consuetudo ius naturæ & rationem, aut legem ledere non potest.
- 14 Contra communem opinionem quandoque cōsulere permissum.

15 *Dominorum Rota sapientia.*16 *Cum Iudice quomodo agendum.*17 *Diffensiones de iure charitatem fraternam non ledunt.*18 *Cum iudice imperito, vel sordido, quomodo agendum.*19 *Aduersario aspero, vel inepto, quomodo respondendum.*20 *Concordia à patrono tentanda.*21 *Prudenter agere paucis datum.*

De prudentia. CAP. X.

1 **P**rudentiã igitur Philosophorũ diffinitione, rectã tagibiliũ rationẽ esse didicimus, qua in qualibet actiõe, quasi duce & præuia vti semper debemus, Quæ cũ in omni re desideretur, in aduocato qdem erit non solũ ornamento, verũ maximo etiã adiumento. At quoniã aliter à philosopho, aliter à vulgo prudẽtia accipitur, minimẽ hoc in loco popularis est interpretatio excludẽda. Requiro enim in aduocato omnẽ prudentiã, prius tamen illã, quæ semper iustitiæ, atq; alijs virtutib⁹ est cõiuncta. Nã cũ id primũ toto conemur studio, † vt à iudice nobis fides adhibeatur, efficere, id

2 pfectò assequi nulla honestius ratione possumus, q̃ si ea de nobis constanter apud oẽs opinio meritò vigeat, ne qñ venire in mentẽ nobis possit, iniustas partes vlla cupiditate, aut ratione, vllõq; vnq̃ tempore esse iuandas. Sic enim cũ nulla fraudis, ac iniuriæ suspicio incessat, pfectò facilius p nostra causa iudicis animũ alliciemus, atq; inclinabimus, quãdo ab homine iusto †

3 de fraude nunquã timendũ sit, à versuto aut, & callido semper cauendũ. Hæc igitur vera illa est prudentia, quæ nunquã à iustitia scinditur, qua potissimũ consequeris, vt ad te boni, patrociniũ flagitantes, certatim accesserint. Quo & tibi, & illis prodesse cum dignitate & honestate, nec tua sine populari laude atq; amicitia poteris, si hanc ipsam prudentiã omni tempore consuleris: à qua cũ perdifficile sit interdũ non declinare, pleraq; tradenda sunt præcepta, eaq; tanq̃ summẽ necessaria inuiolabiliter obseruãda. Primũ igitur cũ consuleris, maximẽ est aduertenda, quæ præponitur causa, neque

neq; vnquã præcipiti definitione respondendum in re
 † quãtumuis opinione tua clarissima. Cùm enim in hac
 sciẽtia, quæ opinionũ multitudinem adeò varia est, & va
 rietate contingentium adeò incerta, vt quã facillimè er
 rari possit: maturè cõsiderari oportet, petiq; ad respon
 dendum tempus, nisi forsan certè, constatiq; opinione
 arbitreris cõsulentis partibus nõ adesse iustitiã. Dimit
 tendus. n. abs te confestim est, ne vel in vanã spem eum
 conijciens, immeritò frustreris, ac simul q̄ salariũ ac
 ceperis iniquè defraudes, si causã omninò reliqueris,
 vel ne si foedo auaritiæ impulsu suscipere illã cogaris,
 apertè cõtra conscientie stimulũ sanctissimæ iura iu
 stitiæ lædas, aut aliqd astu dæmonis deceptus, teq; ip
 sum decipiẽs coningas, quo iniustas partes ad ius re
 digi, defendiq; posse tibi ipsi falsò persuades. Quot e
 nim oculos bone Deus, per auri † colorem illum fulgi
 dum, maligna humani generis hostis versutia fascinat,
 & offuscat. Quot mentes mortaliũ illudit. Quanto astu
 in eas paulatim pessimus ille illabatur, dũ aliquot rati
 ones subtili malitia fucatus offert, q̄bus defendi malã
 causam iure posse sensim persuadet. Tutius igitur fece
 rit vir prudẽs, si initio † cũ suspectas cõsultoris partes
 habet, vitet periculũ, dimittatq; illum suo vacuum pa
 trocinio. Cùm verò quæ præponitur causa, vel manife
 stè p̄ cliente tuo iusta, vel saltem probabilis videatur,
 nõ propterea etiã continuò suscipiẽda est. Pimũ enim
 prudẽtiẽ erit animaduertere, num tua iuuare teã possis
 arte atq; industria. Quid enim si aduersariorũ potentia
 factũ sit, vt peruersa timore, aut corrupta pecunia sint
 iudicia, an concitare in te potentũ violentas manus ad
 officium tuum pertinere arbitraberis. Nã diuinæ legis con
 silio monemur: Nõ litiges cũ homine potente, ne fortè
 incidas in manus illius. Excederet igit̄ hæc prouincia
 Aduocati potestati, q̄ eo, vt dixi, pertinet, vt defendat
 veritas quæ quoniã plerunq; potetiorum audacia, atq;
 insolentia opprimitur, silere tũc, (nisi fallor) legũ ac sa
 piẽtiẽ voces necesse est. Cõsiderareq; nõ modò id oportet,
 q̄ honesta, iustitiæq; coniuncta defensio sit, verũ vt
 perf.

8 perficiendi etiam adsit facultas. deinde nō nisi prudenti-
 tiæ ascribetur, si cū ad respōdendū tempus petieris,
 illud præcipuè cures, ne quo passim fallimur, quid so-
 9 lū pro parte tua adduci possit, † sed quæ contrariā ad-
 iuuent multò vestiges diligentius, ac perquiras, vt nec
 aliorū interdum iudicium, ac iudicij rationem tentare
 pignet. Dicam eorū etiam, qui minimè iuris periti ha-
 beantur. Cū enim naturalis ratio ea sit, quæ quasi for-
 mam nostris legibus afferat, † quā animam nostri ap-
 pellant, huius autē & iuris imperiti non nullis casibus
 facile capaces esse possint, nō mirum est, si ab his etiam
 rectior sentētia interdum emanauerit, quos superflua
 quædam subtilitas, ac iuris rigor improbus non fallat.
 Eò igitur fiet, vt cū facile quæ obijci possunt, ac pru-
 denter dilueris, & paratior accesseris, ne te quispiam
 aduersarius ex improviso comprehendens, nouitate
 potiùs, quàm potestate rationum expugnet, & in veri-
 tate tenacius confirmatus, diligentius atque audacius
 10 pugnabis. Dilutio enim † obiectionum quidnam est a-
 liud (si Philosopho credimus) quàm veritatis assertio.
 Veritas porrò tibi cognita plurimas suggeret ad sese
 defendendum vias, quippe cū consonare omnia ve-
 ritati, cum testimonio probatorum, tunc vsu etiā com-
 pertū sit. At quoniā non difficilis locus superest, si pu-
 gnātibus inuicem interpretum opinionibus, quid ve-
 rius, quid probabilius videatur, in re admodum dubia
 aliquo casu constituendū sit. Si & fortassis accidat, vt
 cōtra cōmunem opi. verior sese offerat ratio ac senten-
 tia: hic profectò prudentia est cōsulenda, cū iam rece-
 ptū videatur, vtcunq; cōmuniori opinioni adherendū
 esse. De qua re (quoniam perniciosè errari videtur)
 proprium libellum composui, quem & aliquādo mea
 pro aliorum correctione, valeam recognoscere. Pau-
 cas tamen positiones ad hunc locum pertinentes, om-
 nibus (nisi fallor) concedendas, inde eruam. Prima est,
 11 per communem † opi. quæ contra veritatem sit, immu-
 tari veritatem non posse. Secunda est, communem opi.
 † legem

† legem non constituere. Hæc. n. communis est opinio,
 vt ex cōmuni opi. lex quæ de nō constituat: itaq, alioq,
 oriret perplexitas. Si enim cōmunis opinio legē face-
 ret, & ex cōmuni opin. habeamus, illam legem non fa-
 cere, iam illud secum diffidens sequeretur, quod com-
 munis opinio faceret, & non faceret legem. Tertia est,
 per consuetudinem, qua fit, vt communis seruetur o-
 pinio, ius naturale, † aut rationem naturalem, aut æ-
 quitatem, aut legem explicitè dicentem contrarium,
 lædi non posse. Hoc enim cū etiam ex communi opi.
 fit, ne supradicta oriatur perplexitas, omninò est pro-
 bandum. Quarta est, quæ ex præmissis facilè sequitur,
 posse Aduocatum hisce casibus, communi sprete opi-
 nione, † contrarium iure defendere. Verū quoniam
 id publicè quasi pro periurio, ac blasphemia habetur,
 perrarò huiusmodi periculum tentandum suaderem,
 videlicet, cū & causa postularet, & nimis absurdi-
 tas demonstraretur, & apud doctos iudices ageretur
 lis, & patronus doctrina, ac breuitate summam sibi
 auctoritatem vendicasset. Quid enim si vidua, aut pu-
 pillus, aut religiosus locus contra communem opin.
 quæ sit falsa, defenderetur? Quid si communis opinio
 manifesta ratione, vt plerisque locis eo opere satis vi-
 deor demonstrasse, expugnari in promptu possit? Quid
 si contra illam nonnullorum etiam auctoritas oppo-
 natur? Quid si coram dominis Rotæ vertatur deciden-
 da controuersia? quos credibile est adeò circumspe-
 ctos, † adeò sapientes esse, vt nedum naturæ leges, ac
 iura ciuitatis interpretari rectè, verū etiā si sit neces-
 se, & cōstituere nouas, & veteres, & si opus sit, corrigere
 pro eorum prudentia, esse deberent: quorum sententi-
 as pro lege adduci, ac custodiri meritò iam videmus.
 Quid tandem, si patronus optimus, ac sapientissimus
 causæ vehementer assistat, quem nemo existimet, non
 nisi ratione optima contra aliorum moueri sententiā.
 Hæc igitur, aut bona istorum pars non solū ab om-
 ni temeritatis accusatione vindicare Aduocatum,
 verū etiam eius probare consilium satis, superque
 possent,

12

13

14

15

16 possent. Cùm igitur ad probandã causam diligenti exã-
 mine satis instructus ad iudicẽ accesseris, tãtq; ibi pro
 loci cõsuetudine, vel ipse priuatim est p̃suadẽdus, vel
 corã eo, cũ aduersarijs disceptandũ de iure, prudẽtius
 p̃fectò egeris si mãfuetè, ac modestè omnia sine clamo-
 re, sine cõuicijs, saluis semper amicitia, & beneuolenti-
 finib⁹ egeris. Quippe facilè illud fieri potest, vt quoad
 17 istas legũ cõtrouersias pertinet, inuicẽ aliq̃ dissentiat,
 manente nihilominus fraterna illa charitate, quẽ lege
 Dei ab homine debet homini. nã & apud nostros legi-
 tur, neminem ledere, q̃ de iure disputet. Igitur in omni
 cõtentione ciuilitè, ac pacato animo agendũ est. Cùm
 enim hæc sapientia, aut ciuilis, aut canonica sit, inciui-
 liter ea p̃tractare, ac prorsus sine vlla norma, p̃fectò
 vel ab ipso verborũ mysterio dissonat. Verũm cũ mã-
 fuetè inquã, ac modestè, non dico frigidè, aut subtimi-
 dè, quippe interdũ cum causa postulat, vocis cõtenti-
 one maiore, & acrioribus verbis, atq; vrgentiorib⁹ vti
 te non prohibeo. Quid enim vt nonnunq̃ mihi contin-
 18 git, si iudex per ignorantia, t̃ quos animo supinos con-
 ceperit, recognoscere tandẽ errores, veritate etiã com-
 pert, detrectet. An tunc, si quæ animo quieto protule-
 ris, dimouere illũ nequeant, nõ grauius non familiari-
 us nõ seuerius erit agendũ? Quid si p̃ sordes, aut gratia
 inclinare illũ in aduersas partes, neglectis legibus, in-
 telligas? si alia ratione à flagitio non retrahat, an tunc
 parcendũ erit verbis acerbioribus? Quid tandẽ, & is, q̃
 19 ex aduerso causam egerit, multa cõtra te acriter, t̃ mul-
 ta illegitimè, & cõtra iuris tenorẽ ac regulas, effutiat,
 nõ interdũ vel subtracitè irriferis? vel castigaueris aci-
 us? vel vrbano aliquo sale eluseris? Quis hæc reprehen-
 dat? si parcè, si oportunè, si etiã præcipuè sedata ira, ani-
 miq; perturbatione remota fiant? Quippe nõ ab re in fo-
 rensis causis agẽdis, maiores cõcitari contentionum
 voces, q̃ in quavis alia studiosa actione comperimus.
 Non etiã illud temerè cõprehenderim, si honestis ra-
 20 tionibus ad amicitia t̃ curarit patronus ius reddentes
 adiũgere. Quippe eorum animũ quasi violẽter vi sola
 ratio-

ratiōnis velle semp attrahere, nimis admodū feuerum est, cū & blanditijs aucupari eorū sententiā, si sit opus, in loco nō sit culpabile, & liberali, facetoq; sermone, honestisq; officijs eius gratiā pmereri studere, non sit malitiæ ascribendum. Esse etiam alias multas ad hanc rem artes, qbus nervos, ac motus ius dicentis facilè in tuā sententiā deflexerit, haud qdem negauerim, quas ego veluti parū exercitatione edoctus, fortasse nō satis teneo: neq; tamen, præsertim cū captent ex tempore, incertas regulas tradi possunt, vt etiā ipse pfectò de me nesciā, an ad eas cōsequendas omninò ineptus sim futurus. Sunt. n. acuti, atq; vrbani ingenij gratiosè, diuinoq; datæ munere pprietates. Qua de re prudēter quidē considerare datū est pluribus. Considerare verò, ac prudēter agere, † multò certè paucioribus. Illud ergo propriè hoc in loco erit prudentiæ, nō solūm cogitare prudenter, sed etiā prudēter peragere. Hæc habui, quæ de prudētia (quatenus Aduocato sit necessaria) dicerē. Nunc igiñ de eloquētia postrema parte dicendum est.

S V M M A R I A.

- 1 Eloquentia non plus, quàm scientiæ iuris opera danda.
- 2 Memoria facilius propria, quàm aliena custodit.
- 3 Aptè, distinctè, castè, latinè, eloquendum.
- 4 Exordio apud Iudicem quandoque vtendum.
- 5 Personarum conditioni seruiendum.
- 6 Vulgus non intellecta, pro secretis aestimat.
- 7 Eloquentiæ definitio quò referenda.
- 8 Agendarum apud Rom. causarum mos improbat.
- 9 Aduocato sobriè & in affectatè dicendum.
- 10 Allegationum modus cohibendus. (titudinè,
- 11 Rationū pondus in causis agēdis præferendū verborū mult
- 12 Iudicis est, superflua compscere.
- 13 Capolla, incautelis, taxatus.
- 14 Cautela impiorum Aduocatorum, quid sit.
- 15 Tria, quæ eloquentiam comitari oportet.
- 16 Summaria superiorum omnium recensitio.
- 17 De gloria danda.

D

De

40 TRACT. DE OFFIC. ADVOCATI
De eloquentia, quæ Aduocato sit ne-
cessaria. CAP. XI.

DE eloquentia Autem, quam in patrono optimo desidero, differēti mihi, illud imprimis, vel clara protestatione denunciandū necessario duxi, ne quispiā existimet, Ciceronis eloquentiam, aut eam, quā ipse Cicero diuinis suis præceptis tradit, require-
re, qñ potius illud imprimis cauendū esse arbitrari, ne
quasi Cælius Antipater, de quo Pōp. noster in tit. de o-
1 rig. iur. inculari possit, † q̄ plus eloquētiæ, q̄ sapientiæ
iuris operæ dederit. Eam igitur eloquentiā exigo, vt si
qñ in sacrosancto senatu dicenda sit causa, aut aliquid
proponendū, non sit cui piā necesse mendicatum, & ab
2 alio cōpositam oratiunculā afferre. Quo fiat, vt (quo-
niā memoria longē facilius † propria q̄ aliena custo-
dit, lingua verò multò aptius ea explicat) vel obliuio-
ne correpti (vt magnis in nostris literis viris contigit)
turpiter obmutescamus, vel ineptē, ac ruditer expli-
cando, & plerunq; barbarē, ministeriū vocis duntaxat
in ea re exhibuisse manifestò declaremus. Insuper talē
exigo eloquentiæ peritiā, vt ea quę dicenda sunt, ap-
3 tē, † si non ornatē, distinctē, si nō copiosē, castē ac sim-
pliciter, si non floridē et luculenter, latinē saltem, si nō
elegantē exponātur. Cū enim illa nunc ætas sit, quæ
latinae literæ quasi in pristinam dignitatē restituta iam
videātur, in tanto eruditissimorum virorum confes-
sū infulsē loqui, implicite, ac barbarē, & ita plurimorum
aures offendere, & præsertim summi Pontificis, cuius
hodiē esse castigatissimas nemo non nouit. Nimis pro-
fectò turpe, nimis indignū est. Cū verò in forū tuen-
di iuris causa processeris, ac vel iudex priuatim est a-
deundus, vel coram eo legitima contentio suboriēda,
si nefas videtur (vt Caius noster inquit) sine vlla præ-
fatione cōtinuò rem ipsam aggredi, atq; exponere, nō
nisi operæ precii feceris, si pro temporis & causæ qua-
4 litate, pro loci consuetudine aliquod ad beneuolen-
tiam captandā exordiolum † ex tempore etiam conte-
xere

LANCELOTI POLITI.

Vere non ignoraueris, ex quo & te ipsum, & causam a-
 pud iudicem facias comendatiorem: idque (vt dixi) ser-
 uandum pro loci consuetudine, pro temporis & cause
 qualitate. Adde & pro ius dicentis persona. Sunt. n. in-
 terdum nonnulli, apud quos (cum ipsi sint ineptissimi)
 aliqua eloquentiae species gratiam perdat, neque fieri pos-
 se arbitrentur, legum sapientiam cum aliqua vi eloquen-
 tia coniungi. Itaque tunc erit eloquens aduocatus si
 cum balbis interdum, ac de industria, & balbe loqui
 didicerit. Huiusmodi enim hominum generi plerumque
 ea insita est opus. vt quod incultiores, rudioresque sermo-
 ne simus, tanto simus doctiores. Noui ego profecto,
 nisi penitus iudicio fallor, quam plures noui, qui cum
 lingua tardi, minusque ad exprimendum conceptus ani-
 mi sint idonei, nec minus hebetes ingenio, cum peni-
 tus nihil recti sentiant, ac plerumque quae blatterant
 non satis percipiuntur, apud rude tamen vulgus eo ma-
 gis probantur, et eoque ipso quod non intelliguntur,
 altiora quaedam, & magis abstrusa sapientiae secreta cu-
 stodire illos creduntur in pectore: quod non sine ani-
 mi multa indignatione possum meminisse: non quod
 ego non me etiam ad dicendum ineptissimum agnosca,
 sed quod non propterea adeo imperite sentio, vt sordi-
 de, obscure, & inculte loqui, signum esse sapientiae pos-
 sim vnquam concedere. Rursus igitur ne in me iustae
 reprehensionis causam vllam prebeam, clare protesta-
 tum, ac praedictum volo, eloquentiae definitionem non
 modo et rhetorum disciplinam, sed ad vulgi opinionem me
 referre. Non enim hac tempestate veterum Romanorum
 more aguntur causae, vt ea quae de oratore ab ipsis tra-
 dita, aut obseruata sunt, desiderentur. Neque quidem
 morem illum, si quis me consulat, libenter et aut facile
 probauerim, quo potius contentione orationis, & fu-
 cato illo genere dicendi, quo veritas plerumque con-
 tegitur, quam rationis soliditate, & veritatis potestate,
 modus controuersijs constituebat. Vnde saepius con-
 tingebat, vt non qui verius, sed qui elegantius, non qui
 subtilius, sed qui ornatus, nec tandem, qui animum ra-

32 TRACT. DE OFFIC. ADVOCATI

tione deuincere, sed qui aures oratione demulcere possit, ille victoria potiretur. Hoc oculorum, ac totius vultus decori motus, vnde dignitas, ac venustas dicentis respiceretur. Hoc vocis, ac, soni oportuna varietas, vnde in aures audientium iucunda dulcedo illabere-
tur. Hoc verborum solers delectus, vnde structura plausibilis, & commendabilis, exoriretur, & id genus alia efficiebant, quae mera praestigia, merè erant imposturae.
9 Nunc aduocatum sobriè dicentem requiro, † in affectato sermone, neque composita facie de industria, vt gratior appareat, sed vt naturaliter sese habuerit, loquentem desidero. Non tamen illud excusauerim, si prauo more confirmatur, gestu, ac motu corporis ingratiso, atq; immodesto fastidium creare possit, si forsitan nimis fædè ora detorqueat, si nimis temerè manus efferat, ac digestos importunè erigat: si totum corpus indecorè iactitet, ac se aliter moueat, vt potius gesticulantem presentes irrideant, quàm audiant patrocinantem.
10 At quoniam allegationum modus † quo hac tempestate vtimur, plerunq; ad ostentationem potius, quàm ad indagandam veritatem proficit, cui plerunq; pauca faciunt satis: parum illi commendandi mihi videntur, qui rerum auctoritatumq; copia, & obruere aduersarium, & comparare sibi doctrinae laudem ista ostentatione studeant, atq; ita fiat, vt & multoties indiscussi articuli relinquuntur, & quod verum, quod falsum sit, nequeat recto iudicio secerni. Quare arbitratur, eo plus iure valuisse quempiam, quo plura fuerit eloquutus, vt verborum numerus hodiè potius ematur, quàm pondus. Ergo in agendis causis non tam multitudo,
11 † quàm potestas, ac vis rationum, & producenda, & attendenda est. Verùm quoniam non in tua est manu, quo agendi genere, atque allegandi modo aduersarius tuus vtatur, prudentem iudicem hoc sibi curae decet
12 assumere, † vt superfluo obloquentem pro auctoritate compescat. Verùm quoniam multi adeò sunt imperiti, vt nonnunquàm debilioribus fundamentis moueri soleant: Bartholomæus quidem Capolla, in libro, † què de
13 caute-

LANCELOTI POLITI.

3

cautelis inscripfit, hoc loco aduocatos monere vide-
 tur, vt in allegādo, & vera falsis, & vtilia inutilib. mi-
 sceant. Sic enim fiet (inquit) vt sæpè victoriā ex inepta
 aliqua ratione, quæ imperito iudici fortius persuade-
 at, cōsequaris. Sed absit, vt hoc cōsiliij sequendū existi-
 mem, cū & alia multa in eo lib. adnotauerim, quæ non
 solū non digna vt legātur, verū, aut tanquā hæresim
 sapientia, igne vindice absumenda, aut certè tanquam
 occasionem capitaliter peccādi exhibentia, penitūs re-
 pudiana. Sed hæc propediē (si dabit Deus) perspicuo
 ostendam, quod vel ipso titulo idē auctor quasi vide-
 tur innuere, quæ fuisse illū scilicet iura, quib. iuri ad-
 uersari posset. Hoc. n. aduocatorū impiorū cautela † di-
 citur: Quærūt enim sapiētia sua iustitiæ iustitiā, & ius
 iuri, & veritatē veritati, & bonū bono, & æquū æquo,
 & deniq; Deū sibi ipsi Deo aduersantem. Illudq; tandē
 efficiunt, vt hæc ipsa, quæ secū dissidere nullo modo
 possunt, propriæ cū salutis dispendio in suā perniciē
 prouocēt. Tria igitur sint, quæ hanc quā desidero elo-
 quentiā perpetuò comitentur. † Vita imprimis continē
 tissimè acta, & ab omni sorde aliena. Deinde rei veri-
 tas, quæ adiuuari mēdacio nō patitur. Postremò sobri-
 etas orationis, quæ nō tam aures elegantia verborum
 demulcere, quam mentē soliditate rationum cōmoue-
 re valeat. Habetis patres clarissimi, pauca hæc de aduo-
 cati officio præcepta, quæ si quis non ignauiter obser-
 uauerit, hoc est, † (vt ferè omnia paucis colligā) si iu-
 stas partes defendendas suscipere candidè procuraue-
 rit, si diligentia, atq; omnem apparatus ad hoc ipsum se-
 dulò adhibuerit, si vel mediocriter iuris vtriusq; sciē-
 tia fuerit eruditus, si prudenter, & cōsultò causam ege-
 rit, si tandem omninò non ineloquens, aut balbus exti-
 terit, certam sibi proculdubiò (vt arbitror) victoriam,
 clienti q; suo referet. Quæ postremò si venerit, illud se-
 cum (si se respexerit) scio cum propheta dixerit: Non
 nobis Domine, nō nobis, sed nomini tuo da gloriam.
 Nā & ipse, si quid recti hæc in loco cōsideraui, aut ad-
 monui, identidem toto corde dico: Non nobis, &c.

14

15

16

17

I N D E X R E R V M E T V E R -
B O R V M M E M O R A B I L I V M Q V A E
I N T R A C T A T . D E O F F I C I O
A d u o c a t i c o n t i n e n t u r ,

*Pr ior numerus nume. marg. alter paginam
denotat.*

<p>A Duerfario aspero vel inepto, quomodo respondendū. 19. 48</p> <p>Aduocati munus ampliss. & ma- ximè necessarium. nu. 2. 25</p> <p>in Aduocato quatuor virtutes re- quiruntur, nu. 4. ibid.</p> <p>Aduocato pauperis de publico sa- larium præstandum, nu. 2. 9</p> <p>Aduocato sobriè & in affectatè di- cendum. nu. 9. 52</p> <p>tria in Aduocato necessario requi- runtur, nu. 11. 43</p> <p>Aduocationis officiū ex sui natu- ra ad peccatū non implicat, si iustè exerceatur, nu. 3. 4</p> <p>in Aduocato duo peccandi tem- pora, nu. 2. 27</p> <p>Aduocationis officium est lauda- bile, & vitæ necessariū, nu. 9. 7</p> <p>Aduocationis officium de iure di- uino licitum est, nu. 1. 4</p> <p>Aduocationis officium generali- ter omnibus est licitum, & qui- busdam specialiter interdictū. nu. 6. 6</p> <p>Aduocatus clienti quomodo ope- ram & scientiam exhibere vi- deatur. nu. 9. 29</p> <p>Aduocatus causam iniustā susci- piens tenetur. 1. 14</p> <p>Aduocatus an iurare teneatur in causa. 2. 15</p> <p>Aduocatus vendit iustum patroci- niū, & iurisc. iustū consiliū. 7. 6</p>	<p>Aduocatus & doctor pro patroci- nio & cōsilio dato sine labore, iustè salariū accipit. 8. 9</p> <p>Aduocatus debet sub poena priua- tionis aduocationis parere iu- dici iubenti, quod sit aduoca- tus pauperis, nu. 5. 10</p> <p>Aduocatus virūm teneatur gratis pauperib. patrociniū præsta- re, nu. 1. 6. 8. & 12. pag. 9. & seq.</p> <p>Aduocatus an soluere debeat deci- mam de lucro suo. 10. 24</p> <p>Aduocatus requisitus vt patroci- netur pro miserabili, si aliter non habet modum, peccat, si gratis nō patrocinetur. 10. 13</p> <p>Aduocatus tenetur, quando indu- cit partē ad transactionē, quan- do sit iniustā causā fouere. 5. 15</p> <p>plura de aduocatis ibid.</p> <p>Aduocatorū bonorū vita est meli- or, quā religiosorū. 2. 7</p> <p>Agendarum apud Roma. causarū mos improbatus. 8. 51</p> <p>Allegat. modus cohibēdus. 10. 52</p> <p>Ama scientiam, & carnis vitia nō amabis. 4. 21</p> <p>Ambas partes latenter defendere, exsecrandum. 4. 28</p> <p>Ambitione duci perniciosum. 1. 31</p> <p>Amicitiaē aut gratiæ aduersus veri- tatē nihil indulgendū 1. 33</p> <p>Amicus in varia distractus, nō fa- cilè singula rectè perficit. 3. 37</p> <p>Aptè, distinctè, castè, latinè clo-</p>
--	---

INDEX IN TRACT.

quendum. nu. 3	51	D eo gloria danda. nu. 17	54
A rgumenta in vtramque partem examinanda. nu. 8	46	Delicto nō obuians an tenea. tur. nu. 11 12 (hibenda. nu. 2. 37	
A uaritia in primis aduocato fugi enda. nu. 1. & vlt. 28	(45.	D iligentia, ex tacita pactioe, ad. Discensiones de iure charitatem	
A uri color multos fascinat. nu. 5.		frater nam nō lædunt. 17. 48. 48	
A utoritas propria ad victoriã nō sufficit. nu. 4.	32.	D octor consulens, vel iudicans prece, vel pretio, odio, vel amo	
B onus quis dicatur. nu. 1	27.	retenetur nu. 14 17 (bilis. n. 4 15	
i n C ausa, quæ prius iusta visa, postea iniusta appareat,		D octoris interpretatio est proba- Doctori, aduocato, & scholari,	
non perseuerandum. n. 5	38	an liceat in diebus feriatis stu- dere, & per totã q̄stionẽ. n. 118	
i n C ausa iusta etiam hoc inspiciẽ dum an peragi possit. nu. 7.	45	D octori consuetudinem allegan- ti creditur. nu. 2	15
C ausæ Dei & proximi amore su- scipiendæ. nu. 1	37	D octores legentes in diebus feria- tis ob lucrum, an peccēt. n. 6 26	
C autela impiorum Aduocatorũ, quid sit. nu. 14	53 (13. 53	D ominorũ gratia aut metu, non est violanda Iustitiæ maiestas.	
C æpolla, in cautelis, taxatus. nu.		nu. 2. 35 (15. 47.	
C hristus fuit aduocatus Mariæ Magdalenæ. nu. 4	5	D ominorum Rotæ sapientiæ. n.	
C hristus fuit aduocatus discipulo- rum suorum. nu. 5	5	E loquentiæ definitio, quo refe- renda. n. 7. 51. nō plus, quã sci	
C hristiani viri officium. nu. 3	25	entiæ iuris opera danda. n. 1. 50	
C olludere cum aduersario, flagi- tiosum. nu. 5	29	E rroris agnitio duplicem excusa- tionem habet. nu. 7	38
C õductio facta de Dd. ad legendũ in diebus festis, non valet. 7.	23	E rrorem deponens, doctior habe- tur. nu. 9 39. (vtendum. nu. 4. 51	
C ommunis opinio veritatem nō mutat. nu. 11 46 commentato- rum error. nu. 5. 41. opinio non facit legem nu. 12	47	E xordio apud iudicem quandoq; Extorsio iniquæ mercedis, quan- tum à furto differat. nu. 7 29.	
c ontra C ommunẽ opin. quãdoq; consultare permissum. n. 14. 47		F acere aliquando non licet id, finis licitus est. nu. 2.	19.
C oncordia à patrono tẽtanda. n.		F inis aduocati quis sit. nu. 1.	2
20. 48 (turpe. n. 2. 31		F raudis suspitio in hominẽ iustũ non cadit. 3.	44
C ontraria patrocina suscipere, C onsuetudo relata per Doctore, vel gloss. non est necesse quòd probetur. nu. 2	15	F urtum facit, qui debitã causæ di- ligentiã & studiũ subtrahit. 4 37	
C onsuetudo ius naturæ, rationẽ, aut legẽ ledere non põt. n. 13. 47		G ratias quandoq; patrocinan- dum, nu. 11.	30
C reditur dicto alicuius excellen- tis Doctois. nu. 3	15.	H omo cõiunctis opera miseri- cordiæ ministrare debet. 7. 11	
		I mperitẽ ius reddendo, non tam componuntur lites quam exci-	

DE OFFICIO ADVOCATI.

tantur lites. 10 42 tra hentes, difficile est. 5. 21
Impertuna est in iustè pereuntib. Personarum conditioni seruien-
 misericordia. 4. 33 dum. 5. 51.
Iniuriã remittens, nō meretur de Pertinacia improba vitãda. 6. 38
 peccatis futuris veniam. 4 8 Pietas calumniosa defensione no
Iniustæ causæ bono viro nō susci xiū pœnæ non eximit. 3. 33
 piendæ. 2. 28 Praxis cū theoria cōiungēda. 6. 41
Iustitia propter seipsam sequen Principum potētiam formidanti
 da. num. 4. 35. omnibus officijs bus quid cogitandū. 3. 46. in de
 anteponenda. 6. 34. semper cō ligendis iudicib. & aduoc. offi
 iuncta veritas. 2. 33 cium. 9. 42. Prudentiæ defini
Ius ab æquitate non separandū. 3. tio. 1. 44
 pag. 40. vtriusq; scientia in ad Prudēter agere, paucis datū. 21. 49
 uocato necessaria. 1. ibi. Publ. salus anteferēda priuatę. 3. 35
Iudicare sine iuris peritia, mon **R**atio aīę & forma legū. 9. 46.
 strosū, nu. 8. 42 Rationum momenta Bar. vel
 cum iudice quō agendū, 16. 48. cū Bal. autoritati præferēda 4. 41
 imperito vel sordido quomo Reip. interest, facinorosis homini
 do agendum. 18. ibid. bus purgari ciuitatem. 2. 34
Lbris nummularij ex publico Responsio etiam in re clara non
 deputati creditur. 3. 15 præcipitanda. 4. 45
Lites cū detrimēto proximi foue **S**cientia iuris res sanctiss. 9. 30. ri
 re, contra naturã est. 3. 28 goris, & equitatis viã continet.
Lucrū factū in die feriata, an fal- nu. 2. 40. quæ in dieb. festis legi
 ua cōsciētia retineri possit. 9. 24 debeant, & quando liceat stude
Malas causas defendere, an sit re. 8. 23. Studendo q̄s dicatur la-
 maioris prudentiæ, quam bo borare in vinea domini. 3. 21.
 nas. 3. 31. Merces etiam in iustis Sūmaria super. oīm recēsit. 16. 54
 causis nō nimia exigēda. 6. 29 Suspecta cã statim dimittēda. 6. 45
Memoria facilius propria, quam **T**heoria carere prax. neq; t. 7. 41
 aliena custodit. 2. 50 Timor multos à constantia
Obiectionum dilutio, est veritatis depellit. 2. 35
 assertio. 10. 46. Odio ad patrocii Tria, q̄ eloquentiam comitari o-
 nandū cōmoueri nō debet. 1. 34 portet. 15. 53
Officiū iustæ aduocationis apud **V**erecundia nō præponenda ve
 Deū meritoriū est. 1. 7. Operum ritati. 10. 39.
 misericordię quot sint genera. Veritatē hoīes natura amāt. 5. 32.
 nu. 3. ibid. Opprimi quis nō de Vitia ab aduocato in suscipiēdi
 bet ob potētia aduersarij. 4. 10 causis vitanda. 3. 27
PAuperi cum potente litiganti, Vlpian. errorem ingenuè profes-
 iudex de aduocato prouidere sus. 8. 38
 debet. 3. 9 Vulgus non intellecta, pro secre-
Peccatum non committi inter cō tis æstimat, nu. 6. 51

F I N I S.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 25 lines, with some lines appearing to be headings or section markers. The ink is very light and difficult to discern against the aged paper.




37 13
—
148

(x 220 0052)

sb

LD 17



DE
ADVO
CLA

Io. BA

Diligenter


Adie



CO
Apud Io

AM

Cum



Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black